





DE FEBRIBVS LIBELLVS.

EX VARIIS AVTHORIbus collectus.


Per Ioannem Ferrandum Iuniorem Medicum Regium.


Ad illuſtriſſimum Principem Henricum Borbonium, Franciæ Parem, Montis Penſerij Ducem.



PARISIIS,
Apud MICHAELEM SONNIVM, via Iacobæa ſub ſigno ſcuti Baſilienſis.

M.D.CII.





ILLVSTRISSIMO PRINCIPI HENRIco Borbonio Franciæ Pari, montis Penserij Duci.

Michaël Ferrãdus in Castellorotiano foro causarum priuatarum legatus. S. P. D.

DAbis mihi veniam Princeps Illustrissime, si te rebus seriis occupatũ interpello: faciam id paucis, exemplo Neoptolemi illius Enniani,

—— *Ne in publica commoda peccem,*
Si longo sermone morer tua tempora.

Cùm Ioannes Ferrandus pater meus Elleonoræ Francorum Reginæ Christianissimæ medicinam nō infœliciter fecisset, ab illustrissimo auo tuo Ludouico ad sanitatis suæ conseruationem amplissimis præmiis est euocatus. Huic prouincię, velut hęreditario iure, successit frater natu maior Iohannes Ferrandus, quem illustrissimi Principes Ludouicus auus, & Franciscus parens tuus va-

letudinis suæ arbitrũ delegerunt, in honore habuerunt, & in medicorum regiorum album referẽdum curauerunt. Ille illustrissimorum Principum beneficio aliquod otiũ nactus, id omne ad scribendũ conferebat. Scripsit autẽ multa ex variis authoribus collecta de multis medicinæ partibus. Ex his omnibus hunc de febribus librum selegi, quẽ ad tua genua submissè prouolutus iure tibi debitum offero, vt vernam domi tuæ natum, & educatum. Quod eò libentius facio, quò magis desidero ex-

tare aliquod teſtimonium
meæ in te obſeruātię: valdè
enim cupio illuſtriſſimæ
domus tuæ clietēlam à pa-
rente meo, & fratre natu
maiore veluti per manꝰ mi-
hi traditam perpetuò cole-
re, & tāquam chariſſimam,
honorificentiſſimāmq; cō-
ſeruare, eámque ad hęredes
meos tranſmittere. Itaque
me in tuâ fide, & clien-
telâ perpetuò futurum pro
fiteor: & me, meáſque
fortunas, & liberos tibi de-
uoueo. Idē pro fratre meo
Antonio Ferrando in Pari-
ſienſi foro minore actionū
ciuiliū & capitalium iudice

ſublegato promitto, ſpondeóq;. Ille ob eã rẽſe nexu tibi obligabit, fidéq; à me datam ſeriò liberabit. Vale, Regij ſanguinis flos illibate, & nobis, Ferrandíſque omnibus, nõ ſolùm vt mãcipio nexúque propriis, ſed vt vſu fructúque tuis vtere. Caſtellorotiani Pridie kal. Nouemb. anno à Salut. reſtit. 1601.



MICHAEL SONNIVS

Lectori S.

IOhannes Ferrandus iunior Regum Christianissimorum & illustrissimorum Principum Montis Penserij ducum Medicus ex variis authoribus multa collegit, ad plures medicinæ partes pertinentia, quæ in ordinem redigere, & in lumẽ edere parabat, cùm mors illius immatura tam laudabile consilium anteuertit. Hæc in situ & puluere neglecta iacebãt, propediem interitura,

nisi Michaël Ferrādus defuncti frater in foro Castellorotiano rerum priuatarum legatus Iudex æquissimus à perpetuâ nocte hæc vindicasset. Ex omnibus hunc breuissimum de febribus libellum selegit, quem excudendum curauit, vt, si ex eo aliquid commodi te percepisse intelligat, reliqua opera, quæ multa sunt, in publicū emittat. Hic nullis sūptib⁹ pepercit, vt tuis studiis consuleret: Antonius autem Ferrandus in minore foro Parisiensi ciuilium & capitalium actionum sublegatus Iudex integerimus in his ex puluere educendis, & in lucem edendis

magnam curam adhibuit. Tres illi fratres tam sedulò videntur in tua commoda conspirauisse, vt Ioannes natu maior ætatem suam, Michaël pecuniam, Antonius summam curam, operam, & diligentiam in tuis studijs promouēdis collocauerint. Quare si ex his fructū aliquē retuleris, Ferrandis gratias agito: sin minus, illorum tamen liberalitatem, & propensam in te voluntatem cādidè amplectitor. Vale, Lector, & Ferrandis omnibúsq; vtilitatis publicæ studiosis benè precare. Lutetiæ Idi. Nouemb. Anno 1601.



DE FEBRIBVS LIBELLVS, EX VARIIS auctoribus collectus.

Per Ioannem Ferrandum Iuniorem Medicum Regium.



CALOR præter naturam aduersatur naturali. Est autem naturalis duplex, vnus insitus in solidarum partium humido primigenio inhærescens, cuius est origo cæleſtis: Alter elementaris, moderatus, & ex omnium elementorum permixtione temperatus. Ille om-

Ex Fernel. ca. 1. lib. 4. pathol.

nium functionum primarius est opifex: hic verò adiuuans, quòd elementorũ temperies insitum illum calorem foueat excitétque. Insitum olim demonstrauimus exuperare non posse, nec illius copiã & vbertatem vitio vnquam dari, sed quò fuerit vberior (vt in infãn tium ætate) eò naturales vitæ functiones reddi feliciores. In eo igitur consistere febris nulla potest: sed febris essentia calor est præter naturam, quę, cùm adest, tanquam hostis infensus, insiti illius substantiam semper oppugnat, labefactat, omnesque functiones interpellat. Triplex autem cõstitui debet, vnus admodùm simplex, qui solius est caloris exuperantia, hinc genitus, quòd calor elementaris assi-

duo incremento de temperie &mediocritate decedens plus nimio exuperat, &, qui naturalis fuerat, ſenſim non naturalis euaſit, vitioſus proinde & naturæ iam infenſus. Alter eſt calor ex putreſcente materiâ prognatus, qui etiamſi non admodùm ſit ardẽs, quoniam, tamen eius, de quâ prodit, materiæ conditionem redolet, præter naturam eſt, & inſito calori grauis. Tertius eſt malignus & pernicioſus, quem peſtilens, venenataque materia fundit non qualitatis exuperantiâ, non putredine, ſed totius ſubſtantiæ diſſidio, vitali inſitóq; calori aduerſus. Solus igitur, qui præter naturã eſt, calor, febris exiſtit, ſi modò iam accenſus cõſtánſq; permanet. *Fernel. Ibidem.*
Non eſt id perpetuũ, ꝙ definit

Auicēnas, omnis febris calorem in corde accendi. Tametsi de continuis & primariis id verum fatemur, intermittentium tamen & Symptomaticarum calor non in corde primùm accenditur, sed aliunde sublatus cor ferit, è quo æstuãs cum spiritu mox per arterias in corpus omne refunditur.

Febriũ signa cõmunia. Omnium porrò febrium communes notæ sunt, pulsus celer ac frequens, interdum etiam inæqualis, qui solius calidioris cordis est proprius. Virium lãguor & imbecillitas cum spontaneâ corporis grauitate ac dissolutione: corpus quippe vniuersum consentit laboranti cordi. Calor aut foris acer ac pungens, aut intus certè molestus, qui & nõnunquam feruido halitu prorũpit è naribus.

Vt tota


BIBLIOTECA NAZIONALE · V. EMANUELE III · NA

De Ephemera febre.

Febris Ephemera est calor præter naturam in spiritu primùm cōsidens. Est autem hic spiritus non insitus, quem in Physiologiâ diximus solidâ parte contineri, eiúsque præcipuam substantiam complere: sed arteriarum communis è corde in omne corpus influens & illapsus: hic Ephemeræ materia est continénsque causa, vt in quo, tāquam basi, consistens, in reliquum dein corpus inuadit, eiúsque functiones interpellat. Atque vt spiritus admodùm tenuis est, ita, & quæ in eo consistit febris, omnium est leuissima & facilè dissipabilis, non cōstans, sed veluti transiens ac præterfluens. Huic ferè origo est à causis euidentibus, quarum vi

Ex Fernelio ca. 3. lib. 1. Patholog.

&c impulſu tenuis, calidus, feruidúſq; ſpiritus, omnium, quæ in corpore ſunt promptiſſimè incenditur. Cùm igitur ab his non priùs humores, quàm ſpiritus, inflammari poſſint, neceſſe eſt febrẽ omnẽ putridã ab his genitam quædam antecedat Ephemera. Huius notæ ſunt, quòd non ſenſim præcedente cibi faſtidio, aut ſpontaneâ corporis laſſitudine, aut grauiore ſomno, & frequenti oſcitatione, ſed tota repentè prehendit, ſoláq; euidentium cauſarum vi infertur, aut nullus aut admodùm leuis horror initio fatigat, idque dumtaxat, cùm cacochymum corpus expirationem multam, eámq; calidam & acrem diffundit, quæ ob cutem à frigore denſatam, aut ob exiliũ meatuum

Febrem omnem putandã ab euidẽtibus cauſis excitatam neceſſariò præceſſit diaria.

Ephemeræ ſigna.

constipationem suppressa ferit partes neruosas. Multa comitantur sæua symptomata, nec vehemens dolor, nec magna corporis iactatio. Pulsus quidem celer & frequens, sed tamen æqualis & ordinatus, magnus ac validus, nisi vel ex mœrore, vel ex inedia, vel cruditate, vel frigore orta sit: est & in pulsu diastole maior atque velocior, quàm systole: inspiratio quoque expiratione & maior & celerior. Calor tactu mitis, suauis, atque halitu plenus, qui ferè eo ipso die aut totus occultè expiratur, aut madore sudoréue naturali, eóque miti, nec graueolente discutitur. Vrina substantiâ colore, sedimento, aut nihil, aut minimùm à naturali distãs. Febris diariæ progressæ euidẽtesq; causæ sunt, *Ephemeræ causæ procatarticæ.*

quæcũque calidiorem intemperiem inferunt: Solis æstus, omnisque ambientis feruor, lassitudo, labórque vehemens: vigiliæ, inediæ, intenta animi contentio, ex ira, curis, tristitia, vel timore. Omniũ autem grauissimæ sunt, cruditas, siue ex nimiâ cibi copia, & helluatione, siue ex vino meraciore, siue ex fructuũ corruptorumque ciborum esu contracta &c.

Ephemeræ curatio ex Gal. lib. 1. de arte curãdi ad Glauconem.

Hæ febres ex lassitudine nascuntur, temulentiâ, irâ, mœrore, excandescentia, furore, aliisque vehementibus animi curis. In hoc genere cõtinentu & quæ à bubone originem ducunt: exceptis iis, quæ sine manifesto fiũt vlcere: hæ enim suspicione non vacant, miniméque mites sunt. Sed & per-

uigilium ſimplicem febrẽ ſæpe attulit, quemadmodum & algor, nonnumquã & ardor. Omnes hæ febres ſolui facilimè poſſunt, ſiquidem ad balneas, aliamque vſitatam viuendi rationem, ægrotum ſtatim ducere oportet. Itaq; qui multorum ſermone celebratam illam diatriton I. triduanam inediam, in omnibus iis admittunt, febres reddunt ferè acriores: tametſi etiam alioqui delinqunt, quẽadmodum ex ipſis videre eſt non paucos, qui quoties ægrotos inuiſunt, ita aberrant, vt certè manu factas ægritudines inducãt. Harum igitur febrium prompta eſt curatio, ſed diligentiam exigit maiorem dignotio.

De Synocho febre ex Fernel. cap. 4. lib. 4. Phyſiologiæ.

Febrium quæ in humoris vitio positæ ſunt, omnium prima eſt Synochos, nobis continens appellata. Ea aſſiduò fatigat, nullâ excandeſcentiâ, nulláque intermiſſione dum integrè ſoluta ſit. Eſt autem duplex: vna ſine putredine, altera putrida. Vtriuſque materia continenſque cauſa in vaſis eſt maioribus, inter alas ex inguina ſitis, atque ea eſt vtrique ſedes. Materia autem ſanguis eſt, non ille quidem ſimplex, ſed q. ex quatuor humorũ æquabili permiſtione conſtet. In eos proinde duntaxat Synochus inuadit, qui temperati aut aliquantò humidiores calidioreſque ſunt, ætate media, & quos plethora, id eſt ſanguinis exuperantia, & ęquabilis ſuccorum redundantia

premit, cæterasque naturas constitutionesque non attingit. Eaque causa est cur admodum rarò Synochus reperiatur simplex. Itaque sanguinis quædam velut efferuescentia & simplex inflammatio, quæ phlogosis appellatur, Synochus est sine putredine. De causis prægressis & signis vide reliquum caput.

Curatio Synochi ex Rondel. Lib. de febrib. cap. de Syno.

Gal. duo esse præcipua remedia huius febris 9. Metho. scripsit, sanguinis missionem, & frigidæ potionem. Sed sanguinem mitti vult, si vires & ætas patiantur vsque ad animi deliquium. Si autem vires & ætas dissuadeant duabus cucurbitulis cum scarificatione humeris, aut naribus apposi-

tis, illam magnam ſanguinis redundantiam auferri iubet, & huiuſce rei cauſam reddit, quòd ſubito in contrarium habitum corpus trahat, nihilque iucundius ægris & naturæ eſſe poſſit.

Miſſio ſanguinis ad ſyncopem materiam calidam, 1. ſanguinem & fumos calidos retentos ſubitò euacuat, à quibus caliditas illa præter naturam excitata fuerat: & quia in locum ſanguinis extracti venę multum aëris fridigi fuga vacui extrahunt, à quo reliquus ſanguis & venæ refrigerantur, & in naturalem habitum reducuntur, extinguuntur incendia, prohibetur putrefactio. quod autem corpus refrigeretur ex magna ſanguinis miſſione experientia manifeſtū eſt. Calor enim

enim tam naturalis, quàm prę-
ter naturam in sanguine & spi-
ritu situs est: mutatur igitur in
contrarium habitum. Nam
habitus calidus in frigidiorē
vertitur. Iucundum autem est
& naturæ & ægris, quia leuan-
tur maximâ abundantiâ san-
guinis feruidi. Verùm quia pe-
riculosa est hæc subita muta-
tio, neque vires eorum satis
perspectæ esse possunt, cũ qui-
bus antè non sumus versati, sa-
tius erit magnam sanguinis
quantitatem non extrahere, &
post vnam atque alteram ho-
ram, quod reliquum est, eua-
cuare: eadem enim vtilitas se-
quitur. Præstaret aliquando
minorem quantitatem trahe-
re in primâ illâ euacuatione,
quando satis certi non sumus
de specie febris, aut eius ma-

gnitudine, aut cùm non licuit clysterem priùs iniicere, aut cùm æger aliqua cruditatis vestigia in ventriculo habet, aut quando æger formidat magnam euacuationem, aut qui ægro adstat. Non solùm in hac febre id faciendum, sed etiam in ea quæ à putredine sanguinis fit, trahitur sanguis vsque ad animi defectum, in vehementissimo dolore inflãmationis, & in euidentissima febre vt Gal. iubet in lib. de experimento & comment. in aphoris. 23. lib. 1. Factâ igitur sanguinis missione pro viribus ægrotantis, vel per venam basilicam dextri vel sinistri brachij, iniiciemus clysterem, si priùs non licuerit. Clyster sit emolliens, & modicè refrigerans. Nam qui nimiùm refri-

gerant, constringunt potius, quàm laxant, & hoc commune præceptum sit in omnibus morbis, in quibus mittere sanguinem oportet, vt priùs iniiciatur clyster, vel paulò post missionem, vt recrementa intestinorum detergeantur, ne venæ inanitæ succum crudum vel corruptum ad sese trahant: & in quibus aluus adstricta sit per aliquot dies, vt in his, quibus præcessit cibi corruptio vel cruditas, non solùm vtile est clysterem iniicere, sed vomitione vel cõuenienti medicamento id, quod in ventriculo est, & intestinis, euacuare oportet. Clyster hoc modo parabitur.

℞. maluæ, brancæ vrsinæ, violarum añ. m.I. fol. lactucæ vel cucurbit. vel melonum

m.ß. prunorum paria iiij.seminis anisi ʒij. florum cordial. pug. I.surf. p. ij. fiat decoctio. in libra j. ß. dissol. mell. viol. Lohoc de Cass. añ. ℥ij. olei viol. ℥iij. fiat clyster.

Si aluus sit valdè adstricta, & facultas sit sopita, irritanda erit ʒj. salis communis, aut sacci cicla. ʒiß. Habet vim detergendi, & qualitate nitrosâ mouendi ventrem Si diues sit, loco Lohoc de Cass.

℞. Cass. cum sacch. ℥j. aut ℥ß. Cath. vel ℥ij. saccarum rubrum ol. viola. & mel. viol. ponendum non rosatum propter adstrictionem. Violæ refrigerant simul & leniũt. Quo tempore non reperiuntur folia cucurbitæ, & aliarũ, ponentur quatuor semina frigida maiora ad maiorem refrigeratio-

nem:sed hoc magis in secūdis, tertiis,& quartis iniectionibus quàm in primâ. Sufficit in primo clystere lenire aluum, & non calefacere. Et quamquam Galenus cōtētus sit suâ sanguinis missione ad syncopem, & potione aquæ frigidæ, nos in eiusmodi febre solemus caloris incendium extinguere syrupo, conditis, & aliis multis remediis. Syrupi autem dentur, qui habēt vim refrigerandi. Sed ex his alij id faciunt leniendo, alij constringendo, alij incidendo, alij incrassando. Itaque syruporum delectum facere oportet. Deligitur syrupus, qui ęgrotantis dispositionibus magis conuenit. Nam non omnes ægrotantes, neque vnus & idem æger eodem modo afficitur. Sūt enim,

quibus aluus liberiùs fluit, & illis Iulep Alexandrinus, & conserua rosarum, aut syrup. capill. veneris conueniunt, syrup. viol. syrup. de cucurbitâ non conueniunt, quia ventrem leniunt, neque his, qui bilem multam vomitione reiiciunt, vt frequenter in hac febre accidere scribit Gal. 9. Methodi.

Qui autem sanguinem habent vitiatum facilè in febrem putridam incidunt: quod ne fiat, syrupos putredini resistẽtes damus, vt syrup. de acetositate citri, de limonibus, de granatis, oxysaccharam simplicem. Hi namque omnes refrigerant & putredinem arcẽt. Quod si æger ad bilem propensior sit, aut multis recrementis abundet, syrupum de

Endiuia, de fumo terræ simplicem, quia serosa recrementa euacuat, damus. Istis syrupis & aquis similibus, potiones matutinas paramus, quas impropriè digestiuas dicim⁹: sunt enim alteratiuæ, & prohibentes putredinem manente substantia. Sunt quibus præstat sanguinem crassiorem attenuare leuiter incidentibus, aut acidis syrupis, qui refrigerando etiam incidunt. Sunt è contra qui sanguinem tenuissimum habent, quem incrassare refrigerando expedit, non tamen vsque adeò, vt fluxus sanguinis è naribus impediatur. Tracto sanguine, prima die, nullo præcedēte clystere, vel minoratiuo, si cognoscamus morbum posse protrahi vsque ad septimum diem da-

mus medicamentum purgans ad serosa & biliosa recrementa euacuanda, quæ solent hanc febrẽ in putridam transmutare.

Sunt autem talia medicamenta, quæ citra calefactionẽ & humorum conturbationem aluum laxare possunt, Triphera persica, cath. infusio Rhab: in aquâ endiuiæ, decoctum pulpæ sebestem & tamarindorum, syrup. ros. laxatiuus, aut syrupus ex infusionibus multis violarum; Cass. cum semine berberis, aut aliis quæ acrimoniam eius extinguũt, aut prohibent transmutationem in bilem. Omnium istorum dosis est ab ℥j. ad ℥iß. vel ℥ij. Cass. verò ab ℥j. ad ʒ. x. Rhei ad ʒiß. Sufficit hæc quantitas, quia materia euacuanda

non multùm distat ab intestinis.

Quod si Medicus, tertio demùm die, vel quarto vocatus fuerit, id tentare non debet, sed potiùs naturæ comittere. Non tamen debet (si vires ferant) sanguinis missionem prætermittere, vt docet Galenus lib. de cur. ratio. per sang. missionem, & 9. Meth. in hũc modum scribens. Maxima verò continentium febrium remedia hæc duo sunt, sanguinis missio, & aquæ frigidæ potio. Verùm illa nullo non tempore, modò vires sustineãt: harum enim & in pulsu, & in vrinis, & in concoctione euidentes cernuntur notæ, febris autem est maxima. Quòd si in die critico signa coctionis manifesta præcesserint, notæ flu-

xionis ſanguinis & ſudoris iam appareant, ſilentium ſatius eſt habere, & naturæ totum negotium committere.

Quòd ſi nulla ſigna coctionis appareant, aut appareant futuræ criſeos aliquæ notæ, ſatius etiam erit naturæ relinquere, quia moriturus eſt, & Hippocrates iubet morituros ſolis prognoſticis relinquendos. Quod ſi nullæ notæ alicuius criſeos ſiue bonæ ſiue malæ appareant, & morbus in dies augeatur, viréſque ferre poſſint, ſanguinem mittere oportet, in minori tamen quãtitate, quàm in primis diebus propter vires imbecilliores. Nam quicúnque ab hac febre euaſerunt, propter ſanguinis miſſionem, vel propter ſanguinis fluxum è naribus fa-

ctum liberati sunt vt Gal. 9. meth. scriptum reliquit.

Quare non est prætermittendum illud certum, & tam præsens remedium, quod materiam simul & intemperiem aufert. Cæterùm quæ Medicamenta diximus danda esse post sanguinis missionem, si cognoscamus morbum protrahi posse vsque ad septimum diem, qualia sunt Tryphera persica, ea inquam dilui debent vel in aqua vel in aquis, vel in decoctione. Multò enim facilius descendunt medicaměta liquida, & minus remorantur in ventriculo quàm si in forma solida assumantur, nisi æger propensus sit ad vomitum: tũ satius erit dare in forma boli.

Decoctum autẽ magis lau-

dandum, quàm aquæ destillatæ: decoctione enim determinantur medicaméta vel ad humorem, vel ad téperamentum: vt si quis daturus sit Rhabarbarum, quod vel calefacit, & constringit in hac sequenti decoctione datum minimè id efficiet. Nam in decocto, quæ possunt eius caliditatem obtūdere damus, vel quæ augét, si quādo opus fuerit, vt exempli gratiâ hæc decoctio caliditatem etiam laxando minuet, obstructiones internas aperiet, & ventrem leniet.

℞. prunorum, sebesten añ. paria quatuor seminum frigidorum maiorum contusorum ana ℥iij. anisi ℨj. Thamarindorum ℥j. florum trium cordialium añ. P. i. fiat decoctio in quartario vno col. diss. syrup.

viola. ℥j.

Hæc decoctio per se ventrem lenit, & acrimoniam sanguinis & bilis extinguit. Quòd si maiori euacuatione opus fuerit syrup. rosarum laxatiuũ ad ℥ij. ponemus. Quòd si diues sit, minuemus quantitatem syrup. laxat. & ʒj. Rhei infusi in decoctione vel aquâ Endiuiæ imperabimus. Hæc omnia serosa recrementa & biliosa liquida euacuant. Potuissem addere in decoctione iniubas, sed illæ nimiùm incrassant. Satius enim est vel antè, ad humoris præparationem vel pòst, si humor nimiâ tenuitate peccauerit, decoctũ iniubarum & similium administrare, quia hic morbus est acutus, & extremos habet labores, statim tenuissimo victu

vtendum eſt, ob id interdicimus vſu vini, carnis & aliorum alimentorum, quæ multum ſanguinis generant & corpus calfaciunt: ob id aquam pro vino damus, aut vinum malorum granatorum, aut iulepum Alexandrinum, pruna cocta, acida poma, præterea cocta. Concedimus cremorem hordei paratum ex pauco ſaccharo roſato, decoctũ herbarum refrigerantium, vel lactucæ portulacæ. Denique victus ratio eſto tenuiſſima. Quòd ſi vires vtcumque imbecilliores talem victus rationẽ ferre non poſſunt, decoctũ pulli aut coxæ capi vel gallinæ cum lactuca vel borragine, vel portulacâ, aut ſeminibus frigidis, ſi herbæ non reperiantur, concedimus.

Vti etiam poteſt lacte amygdalarum dulcium maceratarũ in aquâ frigida & aqua roſ. cum emulſione quatuor ſeminum frigid. maio. ne in bilem vertantur.

Quod ſi recentes eſſent, minùs verterentur in bilem. Eſt autem hoc lac dandum præcipuè his, qui dormire noctu nõ poſſunt, vt caput repleat fumis & vaporibus. Conceduntur cucurbitulæ conditæ, lactucæ, ſtolones conditi ſaccaro, pyra condita, pauperibus etiam recentia cocta. Vinum dandum non eſt, niſi ſigna coctionis appareant, aut dolor capitis, aut deliriũ prohibeat, niſi ad ſymptomatis mitigationem, vt ad ſyncopem. Et cùm dandum erit, illud ſit tenue album, dilutũ multâ aqua.

Medicus proinde ex magnitudine & vehemẽtiâ morbi longitudinem poterit cognoſcere, & viribus ægri exactè perpenſis cogitabit, num cum tali victu æger perdurare poſſit vſque ad ſtatum. Sed hoc ſemper in memoriâ habeat, morbos eſſe eò breuiores, quò acutiores, diuturniores verò, quò mitiores, & quò minus celeriter mouentur, minúſque grauia ſymptomata habent ob id victus rationẽ inſtituet conuenientem morbo, ætati, & conſuetudini.

Et quoniã huius febris præſtantiſſima remedia duo eſſe ſuperiùs diximus, ſcilicet ſanguinis miſſionem & frigidæ potionem, hic nonnulla de huius vſu dicendũ, cùm & ad victus rationem pertinet, de

illa verò ſuperiùs ſatis diximus.

Docebimur igitur quænam aqua, qualis, quanta, & quomodo danda ſit, & propter quam cauſam detur, & quibus danda non ſit. Sunt enim noſtro tempore Medici quidam pſycrophoboi i. frigidæ exhibendæ formidantes, quòd putent omnes aquâ frigidâ lædi. Datur autẽ frigida dulcis, quæ prorſus ſit gelida, & quantum ægro bibere licet, poſtquàm coctionis ſigna manifeſta apparuerint in vrinis, & febris eſt remiſſio, non alio tempore. Danda non eſt his, qui craſſos & lentos humores habẽt, qui obſtructiones, qui phlegmonem, aut Eryſipelas, aut ſcirrhum, aut œdema in viſceribus habent. Item qui gulam

& ventriculum, aut neruorum genus debilia habent, his frigida non est offerenda, sed his tantùm, qui febre laborant ob cutis obstructiones, & putredinem sanguinis in omnibus venis, saltem maioribus. Cùm ergo coctionis humorum in his notas videris, audacter frigidã dabis: quippe solidarum animalis partiũ natura roborata, pertenuatos iam humores aggreditur, ita vt qui vtiles sint, ad nutriendum habiles, hos quidẽ ad se trahat, inutiles verò per ventrẽ & cutim dejiciat. Quod si etiam frigidæ assuetus fuerit, magna cum fiducia frigidam exhibebis, scilicet experientia iam edoctus, omnia viscera eius occursum familiariter tolerare.

Nonnulli qui potui frigidæ

non ſunt aſſueti, propter febrem ardētem bibere coacti, nullum incommodum ſenſerunt, multò profectò minùs eorum, qui aſſueuerunt quiſquam lædi debet, etiam quaſi ex epimetrou, & auctarij vice ipſa caloris copia accedit. Læduntur autem aqua frigida, qui parum ſanguinis & parum carnis habent, quia celeriter ad ſolidas animalis partes peruenit, nulli, quod eius vim frangat, occurrens. Eo etiam fit, vt hecticæ febres nec multam deſiderent frigidam. Ex his omnibus ſatis manifeſtū eſt, quæ, qualis, quanta, & quibus danda ſit frigida.

Quæret forſitan aliquis rationem cur aqua, frigidiſſima præſtantiſſimum ſit remedium harum febriū: febribus verò,

quæ ex inflammationibus viſcerum fiũt, aduerſiſſima. Nonnulli ad concoctionem materiæ dari putant, quod falſum eſt: Nã ſi ad materię cõcoctionem danda eſſet, illam poſſemus dare, antèquàm notæ cõcoctionis apparerent. Eo ſi quidem tempore danda ſunt medicamenta, quæ concoquunt, non poſt concoctionẽ, vt Medici præcipiunt.

Dicemus autem id fieri ad partium ſolidarum refrigerationem, & concoctionem & roborationem, vt verba Galeni ſuperiùs citata docent, cùm dicit: *Cùm ergo coctionis notas in his videris, de quibus dictum eſt abundè in libris de criſibus audacter frigidam dabis, quippe ſolidarum animalis partium natura roborata, datur & ad materiæ inutilis vacuationem.*

Quod autem ad euacuationem detur, quæ ſequũtur docẽt. Prętenuatos humores aggreditur, ita vt qui vtiles ſunt, hos ad ſe trahat, inutiles vel per ventrem vel per cutim eiiciat. Illud confirmat, quod ſcriptum eſt paulò ante lib. 9. Methodi de incommodis aquæ frigidæ vel intempeſtiuè, vel immodicè exhibitæ. Porrò incommoda, quæ frigidã potionem intẽpeſtiuè immodicéque exhibitam ſequũtur, in his conſiſtunt, quòd lentos craſſóſque humores, ſiue hi obſtructiones, ſiue putredinẽ, ſiue phlegmonem, ſiue quis eryſipelate, aut ſcirrho, aut œdemate eſt affectus, excitauerint, digeri prohibeat.

Ergo quoties febris ex his accenditur, atque ad eos eua-

cuãdos frigida data non conducit, ad præsens quidem non paruum adfert leuamen, propterea quòd causam eius adhuc præstet, aliam denuò accendi est necesse, nonnunquam difficiliorem: propterea quòd densum ex frigida corpus est. Huius rei certissimam dat fidem experientia. Videmus enim in dies post largam aquæ frigidæ potionem sudores à toto corpore prorumpere, & recreméta per ventrem expurgari non solùm in hac febre, sed etiam in accessionibus febrium intermittétium. Potionem aquæ frigidæ post concoctionem materiæ præsertim in declinatione, sudores mouere experiuntur, & febrem extinguere. In principio autem refrigeraret, incrassaret

& nullam vtilitatem pręstaret, quia nullam euacuationem faceret. Mouet autem sudores dēsatis partibus interioribus, & solidis corroboratis. Partes enim solidæ humectatæ & refri geratæ quandam faciunt humiditatem, aut vaporem ad ambitum emittunt, ex quo sudor fit, aut vaporem retentum in ambitu corporis extrà propellunt, vel vt partes superiores ventriculi cōstrictæ, recrementa deorsum propellunt: Sic venæ maiores aqua frigida compressæ ad minores venas fumos & recrementa propellunt.

In febribus cum inflammatione non conuenit, propterea quod digestionem & euacuationem prohibet. Nam si inflammatio vel Erysipelas sit

in hepate, vel ſplene, per ſeceſſum, vel per vrinas materiam expurgari eſt neceſſe, per meatus illos ſtrictos, qui ſtrictiores fiunt potione aquę frigidæ. Vt ergo aquæ frigidę potione cõmodè vtamur, danda eſt opera, vt partes inflãmatione obſeſſas, aut tumore aliquo diſtẽtas exactè cognoſcamus, vt aquã frigidam his, qui citra inflãmationẽ febricitãt, demus, aliis verò minimè. Eſt quoque vtilis hæc dignotio ad ſanguinis miſſionem faciẽdam: Nam ſi citra tumorem, & inflammationẽ febris fiat, nihil refert à quâ parte trahatur ſanguis: ſin inflammatio in hepate, à parte dextrâ; ſi in ſplene, à ſiniſtrâ, vt euentatio fiat ſecundum rectitudinem.

Partes autem affectæ cognoſcun-

gnoſcuntur ex tumoribus, doloribus, excretis, & functione lęſa, vt Gal. lib. de locis affectis docet ex quo loco, req̃re ſi velis. Hactenus de aquę potione.

Porrò cùm hæc febris ſit ex earum numero, quæ ſymptomata habent grauiora, horum ratione aliquid faciendum. Sunt autem ſymptomata grauiora, quæ febrem ſequuntur, dolor capitis, ſitis vehemens, delirium, vigiliæ, & in quibuſdam ſomnus profundus. Dolor capitis mitigatur oxyrhodino, oleo violaceo, Nenupharino, lacte muliebri recenter emulſo, & aliis refrigerantibus. Iiſdem remediis vtimur in ſuperflua vigilia: hoc tãtùm nomine differunt, quod quæ ad ſomnum conciliandum fiunt, minus aceti recipere de-

bent, quia acetum vigilias inducit. Iisdem remediis admiſcetur albumen oui fortiter agitatum: quod quia ſuo lentore nimiùm obſtruit, ob id priore vtendum, niſi cùm acida medicamenta, vt pulueres, ſunt adhibenda, iſtis remediis refrigerantibus, vel ad dolorem capitis, vel ad ſomnum conciliandum non eſt vtendũ ex qualibet cauſa. Propterea ꝙ hæc medicamenta repellunt à capite, & fortiter repellendo eruptionem ſanguinis per nares impediunt. Quam ob cauſam ſi dolor ſexto die oboriatur, præcedentibus ſignis concoctionis, hypocondriis tenſis, facie tota rubeſcente, venis circa caput diſtentis, & arteriis multùm pulſantibus, non eſt vtendum iſtis refrigeranti-

bus ſupra caput, neque ſyrupo de papauere, ne fluxus ſanguinis è naribus (qui ſolet has febres magna ex parte terminare) impediatur: tũc enim ſatius erit expectare diem ſequentem in quo iam natura cœpit expellere materiam. Quod autem talia medicamenta poſſint criſim impedire, lipis & tonſoribus manifeſtum eſt.

Sitis & potionibus & inſpirationibus aëris frigidi, ſedatur: inter omnes ſyrupos violaceus principatũ obtinet, quia refrigerat & humectat. Idem pręſtat cõſerua violarũ, Iulep ex violarũ aqua, Alexandrinũ, & ſimiles ſyrupi, qui refrigerant & humectant, qui amari non ſunt, ſed palato grati.

Si æger ventriculum habeat

imbecillum, tunc cōdita paramus, quibus cum aqua vtatur. Parantur autem ex conſeruis frigidis & humidis, vt ex conſeruis violarum, nympheæ, florum borraginis, buglo, quia humidæ ſunt & caloris temperati. Quòd ſi aliæ conſeruæ ponantur, id fiet propter aliquod aliud ſymptoma. Sed hoc potiſſimùm obſeruare oportet in delectu harum conſeruarum, vt palato gratæ ſint, veluti quæ neq; nimium odoratæ ſunt, neque ſaporem nimium medicamentoſum habent. Conſerua florum cichorij, quia amara eſt, reiicienda: ſolemus aliquid puluerum cordialiũ admiſcere, vt puluerem Diatragacanchi. frig. vt eos, qui neque nimium amari neque nimium odorati ſunt,

neq; nimiùm ſiccant,aut con-ſtringunt,vt puluis Tria ſandali, vel puluis Diarhodum abb. Vel puluis diamargariti frigidi, Saccharum roſatum tabellatum additur in magna quantitate. Horum autem medicamentorum paradigma tale eſt. Si ventre ſit nimium laxo fiat ex conſerua roſarum in maiori quantitate, ex conſerua bugloſſi vel boraginis, in minori,vt.

℞. Cōſeruæ roſ. ℥ij. buglo. ℥ß. pulu. triaſand. & diatragac. frig. aā. ʒß. Sacchari roſ. tabulati ad duplum pondus omniū hoc modo gratius quidem fiet cōditum: Efficacius verò, ſi addatur ʒj. pulueris pro ℥j. Sacchari.

Si autem non ſit ventre laxato, damus ea quæ magis hu-

mectant, vt facit conserua violarum cum pauca quantitate puluerum: quia pulueres ferè omnes videntur resiccare, vt.

℞. Conser. viol. ℥ij. Conser. borag. & Nenuphar. an̄. ℥ß. pulu. Diatrag. frig. ℈j. Sacchari q. suff. fiat conditum.

Damus Cochlear vnum cõditi humectati aqua frigida, postea syrupi diluti aqua, vel aquæ frigidæ cyatum vnum. Alij condita miscent aquæ, & sine syrupo bibunt.

Humectat autem aqua, quia propter linguæ & oris ariditatem quandóque deuorare non possunt, quandóque propter siccitatẽ oris, tracheæ arteriæ, aliarúmque partium frequentiùs bibere cupiunt, propter quam occasionem illis conceditur frequẽs oris ablu-

tio cum aqua frigida, additis aliquot guttis vini albi, vel pauco aceto. Dantur pruna, cerasa, exsiccata, & in aqua macerata, vel poma in taleolas diuisa ad oris humectationem. Propter illam summam siccitatem redditur arida & scabra lingua, ad cuius asperitatem tale remedium conficitur.

℞. Mucilaginis seminis psyllij integri vel Cydoniorum extractæ in aqua rosf. vel viol. ℥ß. Sacchari parũ, fiat ad formam Lohoth, teneat sæpè in ore. Idem potest fieri ex mucilagine gummi Tragacanthi vel Arabici. Assumuntur ista post absolutam oris ablutionem, & linguæ detersionem.

Delirium fit & phrenitis, curatúrque iisdem remediis, sci-

licet repellentibus à capite in principio: sufficiunt autem repellentia ea, quæ ad dolorem capitis præscripsimus, & ista solent sufficere ad curationem delirij, quòd à fumis tantum sursum elatis fieri consueuit.

Ad phrenitidem verò curandam remissione opus est, quia est inflammatio inuolucrorum cerebri, quæ per deflexionem fit, vt omnis inflammatio fieri solet. Fit autem reuulsio, sanguinis missione facta per venas cephalicas, si vires & ætas consentiant, & si per illas totum non liceat emittere sanguinem. Cucurbitulas apponemus, reuulsionis causa, in partibus internis coxarum, & ad deriuationem collo potius, quàm omoplatis, vt vulgus medicorum facit. Sunt au-

tem ponendæ ſupra ramos venarum, aut ſaltem propè, quia retractio debet fieri per magnas venas non per capillares, per quas non poteſt fieri magna ſanguinis euacuatio in his qui abundant ſanguine. Scarificatio facienda eſt poſt applicationem, vt ſanguis ille attractus exeat, & inflammationem non pariat in parte ſcarificata.

Et ob id rurſus applicantur cucurbitulæ poſt ſcarificationem cum paruo igne, & citius auferuntur. In ſcarificatione autem faciēda animaduertendum eſt, ne fiat ſupra magnas venas, neque nimiùm profunda, ne venæ magnæ aperiantur.

In quibus magna timetur debilitas, ob ſanguinis miſſionem, vtendum eſt cucurbitu-

liis sine scarificatione, aut strictis ligaturis dolorem inferentibus.

Clysteres erũt acres & pungẽtes sine calfactione magnâ, ob id non probo vsum benedictæ, neq; hyreæ picræ, quia nimiùm calfaciunt, & resiccãt: satis erit clysteri præscripto augere quantitatem succi ciclæ, vel addere succum mercurialis.

Quòd si cogamur fortius humores retrahere ad partem inferiorem, satiùs erit decoquere aliqua medicamenta simplicia, aluum laxantia, in nodulo ligata, vnà cùm herbis frigidis, & humidis, quibus castigabitur nimia illa siccitas: nã minùs siccãt ista, quã composita medicamenta ex istis & odoratis, qualis est Benedictæ.

compositio, quæ Esulam, agaricum, &alia medicamenta recipit.

Sic parabitur clyster:

℞. decocti clyst. præcedentis lib. 1ß. cui adde parietariæ, Mercurialis añ m. 1. agarici in panno raro ligati ʒj. vel ij. & in li. 1. colat. Diss. mel. viol. & succi ciclæ añ. ℥ij. olei violati ℥iij. misce: fiat clyster.

Addi potest succus Mercurialis loco succi ciclæ, vel singulorum ℥j. idem clyster vtilis erit in somno prouocãdo. Si phrenitis perseueret, nec repellatur, tunc ad topica remedia veniendum erit, scilicet à repellentibus ad digerendũ, sed per media, vt in illis tumoribus præter naturam facere solemus, in quorũ incremento, & status principio di-

gerentia repellentibus admiſcemus, pro ratione digerendæ materiæ, vel impactæ. Quòd ſi maior ſit materiæ copia collectæ, quàm fluentis, plus digerimus: ſi autèm plùs affluat, quàm ſit receptum repellentia digerentibus prævalent. Vt autèm clariùs hæc intelligantur exempla proponam, ſi priùs admonuero partem affectam duobus modis poſſe conſiderari, vel vt partem principem, vel vt partem, ſitam in profunda parte, carne coopertam, ob cuius ſitum, quæ fortiùs digerunt, vel refrigerãt, vel penetrant, vſurpantur, vt acetum, Mandragora, papauer, hioſcyamus, caſtoreum, ſpondylium. Hæc autem ſunt extrema remedia, propter cuius partis facultatẽ,

omnia quæ vehementia sunt, reiicienda erunt. Pars enim princeps, non potest ferre citra noxam supra modum resoluentem. Est siquidem caloris naturalis robur conseruare. Sed vtimur moderatis in principio, posteà fortioribus, vltimo loco vehementissimis. Moderata sunt quæ cõficiuntur ex ol. rosſ. omphacino, & aceto, oleo nenupharino, ol. viol. de semine lactucæ. Fortiora præparantur ex oleo de papauere, de semine papaueris, & aliis frigidioribus. Vehementissima ex opio, Mandragora, hyosioquiamo, & similibus. Remedia vel in formâ liquidâ, vel in formâ siccâ exhibentur. In formâ liquidâ, vt oleis supradictis. In principio, statu, & declinatio-

ne, & semper additur acetum ad penetrationẽ aliorum medicamentorum, vel fiunt decoctiones ad embrocationes faciẽdas ex alto, & ad repellendum & digerendum. Ad repellendum sic.

℞. Lactucæ m. I. fol. salicis m. I. flor. ros. viol. & nenuph. añ. p. I. fiat decoctio. Quandoque additur semen papaueris albi, vt fortiùs sit remedium. Quòd si radices mandragoræ, aut seminis hioscyami aut papaueris nigri addideris, extremum erit.

Hac embrocatione vtimur in delirio, phrenitide, & superfluis vigiliis. quòd si primæ descriptioni adiiciantur flores stechados, & rorismarini, vel Camomillæ, vel saluiæ, repellit simul & digerit. Quòd si ex

hac decoctione detrahantur aliqua infrigidētia, & augeantur calefacientia, medicamentum erit fortius, & digerens: Sin in totum auferātur repellentia, & addantur aliquæ herbæ, aut radices calfacientes magis, & digerentes, fortissimum erit, veluti si radices Iridis, spondylij, calami aromatici, aliorumque odoratorum addantur.

Hoc remedio tātum in declinatione phrenitidis vtendum, & in augmento, & in statu lethargi, aut somni profundi, aut aliarum affectionum cerebri frigidarum. In forma sicca conficiuntur pulueres, quibus inspergitur caput, vel cum albumine oui excipiuntur, fronti applicantur, vt,

℞. Ros. rub. viol. nenuph.

añ. ℥ij. ſeminis lactucæ ℥iij. miſce ſiat puluis.

℞. ſeminis papauer. albi & nigri añ. ʒij. addantur ſupradictæ, & inſpergatur caput, vel excipiantur albumine oui, & applicentur fronti. Vel ſolemus perfundere caput, oxyrhodino, deinde inſpergimus pulueres. Vel in ſtatu, & declinatione pipionem, vel catulum capiti apponimus, poſt inſperſionem puluerum digerentium, & reſoluentium, pulnis talis erit.

℞. rad. iridis, calami aromat. añ. ʒj. gariophyll. ℥ß. Sandalorum omnium ʒj. florum Camomil. anthos, & ſtechad. añ. ℥ß. miſce, fiat puluis. Inſpergatur caput, poſteà ſuperponatut catulus, aut pulmo veruecis aut pullus gallinaceus. Sic

hic vltimus puluis misceatur primo, fit medicamentum medium, quo vtuntur in statu.

De Synocho putrida ex Fernelio cap. 5. lib. 4. Patholog.

Putrida Synochos febris est continua ex putrescente sanguine prognata. De eius exortu summâ quidem dissensione certãt artis proceres, possitne sanguis putrescere, & quę hinc prodit, synochosne sit, an biliosa febris. Cæterùm potest eorum cõtrouersia hac obseruatione dirimi.

Sanguis bifariam putrescit, vno generali modo, quùm vi caloris præter naturam segregantur, quæ in eo sunt substantiæ dissimiles, & bilis flaua, ac tenuis, ab atra, quæ crassa ter-

renáque est, secernitur. Hæc autem degeneratio veriùs corruptio, quàm putredo censetur, vt alio loco dilucidius explicatum est à nobis, atque, si sanguis hac ratione putrescat accendaturque febris, ea non Synochos, sed vel biliosa, vel melancholica euadet. Alio modo verè sanguis putrescit, cùm citra substantiarum diremptum, aut secretionem totus corrumpitur magno fætore, ac graueolentia: vt enim è venis in pectus, in ventriculum, in intestina, aut in aliam capacitatem sanguis præter naturam effusus vitiatur, & quasi in venenatã substantiam putrescit, & in musculos irrumpens, tumorem præter naturã phlegmonemque pariet, atque putrescit pri-

mùm, deinde ſuppurat: ita dubitari non debet eum validis ex cauſis, vt in putrida atque in peſtilenti cœli cõſtitutione in venis maioribus putreſcere. Quin etiam quùm phlegmone tẽtatur iecoris ſubſtantia, ſanguis totus non modò putridus, verùm etiam nonnumquam purulentus exiſtit. Sed & omnes fatentur ſanguinem, tam magna interdũ mutatione deprauari, vt non amplius ad habitum redeat naturalem, nec poſſit iterum per naturæ concoctionem ad primam humoris bonitatem redire. Denique per febres qui detrahitur ſæpe animaduertitur nõ ſolũ fœtidus & graueolens, ſed etiam putridus, adeò vt nec ſibi cohærere, nec concreſcere queat, omnibus ſcili-

cet eius fibris putredine consumptis. Hoc igitur modo cùm sanguis corrumpetur, synochos accendetur putrida &c. De causis prægressis & signis vide reliquum caput.

Curatio Synochi putridæ ex Holler. *lib. lib. 1. de morbis internis cap. de febre putrida continua.*

In febribus putridis, & continuis quædam intermittentibus respondent, nisi quòd neque rigor, neque frigus præcedit. Non sequitur vomitus, aut sudor, intermissio nulla est, sed tantùm remissio, quarum curatio eadem in genere quæ intermittentium est, seruata eâ ratione, quæ in exquisitâ tertianâ, & ardente dicta est. Sũt & synochi peculiariter appellatæ febres. Aliæ quidem ho-

motoni, quia ab initio ad finem vna eadémque exacerbatio eſt, ac veluti tenor vnus acceſſionis. Aliæ ab initiò ad finem perpetuò increſcunt, & Epacmaſticos appellat Hippocrates, vt paragmaſticos, quæ initio efferantur, paulatim creſcunt, quibus materia eſt ſanguis, qui in maximis venis concluſus, inguinibus, & clauiculis interceptus efferueſcit. Is autem aliquando ſupprat, quantitate, aliquando craſſior eſt, nonnunquã etiam putredinem cõtrahit: ex quorum diſtinctione conſiliũ vniuerſale curationis trãsferri debet. Fingamus ergo Dionem iuuenem, aut ea ætate, qua definit adoleſcentia, continua febre laborare, pulſus magnus ſit, velox, & æqualis, vrinæ

ſanis proximæ, horror nullus, aut rigor, calor mitis, ac vaporoſus, corpore benè carnoſo, tumẽtibus venis, ſenſu diſtenſionis, rubente facie: adſint quoque cætera, quæ ſanguinis generationem oſtendant, ſtatim colliges febricitare ex obſtructione, quam efficit ſanguinis plenitudo: Itaque facile cõſilium eſt: detracto enim ſanguine tollitur plenitudo, & depletâ copiâ ſanguinis liberatur obſtructio. Nihil verò reliquum eſt, quàm vt corpus quod per febrem alteratũ eſt, ſuæ naturæ reſtituamus. Quòd quia nimium incaluit refrigerandum eſt, vt hæc duo remedia ſanguinis miſſio, & tempeſtiuus frigidæ vſus, vel eorum quæ refrigerant, & humectant, exactè percurent ſynochum.

Phlebotomia auctoribus Græcis Medicis ex interna dextri brachij etiam ad animi deliquium esse debet. Quòd si vires, aut alia repugnãt, quominùs tantùm materiæ simul auferatur, vacuationem partiri oportet, vt in mulieribus propter mẽstrua, in aliis etiam propter suppressam aliquam vacuationem, ea seruanda ratio, quam sæpe diximus. Repetendum quoque, vt si quid vel cruditatis in ventriculo, & primis venis, vel si quid veteris stercoris in intestinis, hoc quidem clystere molli: Cruditas verò molli pharmaco ante phlebotomiã excludatur. aut si res patitur, & tempus, cruditas illa frictionibus & vnctionibus, & aliis remediis concoquatur. Post phlebotomiã

duabus aut tribus horis mulſam Græci propinabant, ex hinc horâ, ptiſanæ cremorem: Nunc veró mulſæ loco, quæquidem ſuſpecta eſt, in magno calore, aquâ coctâ, cui octaua pars ſacchari commixta ſit, vtendum eſt: deinde hordeato loco cremoris ptiſanæ.

Victus in reliquum tempus inſtituēdus eſt, qui refrigeret, & humectet. Is autem tenuis ſit, & magna ex parte in ſorbitionibus. Itaque noſtro more iuſcula conueniunt è iunioribus pullis gallinarum vel vitulinâ carne molliuſculâ. Alterāda verò ex acetoſa, lactuca, & portulacá. Potus, aqua hordei, ſyrupus violatus, oxyſacchara ſimplex, dilutum vel hæc oxyſacchara.

℞. Aquæ coctæ lib. 4. Sacchari

chari lib. 1. acet lib. ß. fiat potus clarificatus pro pastu & hora sitis: Verùm in aceti, & sacchari modo id obseruandum est. In mulieribus, in gracilibus corporibus, in iis quibus intestina facilè mordentur, & radũtur, aceti vsus suspectus est, aut certè minuendus modus: quantò maior calor est, tantò minor modus debet esse sacchari. Apparentibus signis coctionis nullus potus melior est aquâ frigidâ, posteà vino albo tenui, aquoso vti licet, ex quo & sudores, & vrinæ prouocantur.

In morbo, si resistit aluus, clysteribus mollibus incitanda est. Si verò etiam crassities humoribus accedit, incidẽda & attenuanda est, diluto oxymelite & aliis sæpè enu-

meratis; Quòd si materia incisa, vrinis aut sudoribus vacuata non est, leui pharmaco vti licet, Manna, Cassia, Rhabarbaro.

Præterea videndum est, ne densata cutis, obstructa vel occlusa obstructionem faciat, à qua & putredo & febris. Et, siquidem frigore densata est, calidis laxantibus vtendum erit, vt Chamemelino. Si densata, adstringentibus: & siccata, ad ea quæ humectant, refugiendum est, vt hydræleum. Et iam, apparentibus signis coctionis, ad balneum aquæ dulcis. Si verò occluditur cutis humorum copiâ, vacuatione opus est: si humorum crassitie, attenuantibus vtendum est: si lentore, detergendum. Practici maximam par-

tem curationis in refrigerantibus collocant, quæ conficiũt ex hordeato mundato, prunis damaſcenis, glycyrrhiſa, quatuor ſeminibus frigidis, Endiuia, ſcariola, cichorio, lactuca, roſtro porcino, acetoſa, floribus violarum Nenupharis, bugloſſi, boraginis, & aliquando aliquid aceti adiiciũt. Nonnumquam ſyrup. capill. veneris, portulacæ, acetoſæ, & aliis ſupra dictis vtũtur, ſyrupóſque diluunt aquis vel decoctis endiuiæ, capillorum veneris, portulacæ, acetoſæ, & ſimilium.

De Hectica febre ex Fernel. cap. 16. lib. 4. pathol.

Febris hectica eſt calor præter naturam in cordis ſubſtantia primùm ac per ſe hærens & infixus. Hic autem cordis

vitalísq; principij, mox etiam reliquarum partiũ ſimiliarium ſubſtãtiam obſidet, quòd omnis cordis intemperies mox corpori reliquo facilè impertiatur. Conſiſtit in cordis partiſue ſimilaris ſubſtantia, non quidem leuiter vt Ephemeræ, aut putridæ febris calor, qui ex accenſo ſpiritu vel humore in partium ſimilarium ſubſtantiam quadamtenus effunditur: ſed penitus quaſi immerſus primùm ac per ſe in propriam partis ſubſtantiam infigitur. Quúmque partis ſimilaris duplex ſit calor, vnus elementarius, alter diuinus, non hic quidem, ſed vnus elementaris ſupra modum auctus, hecticæ febris eſt eſſentia, cuius tamen vi tum diuinus ille calor, tum quicquid in ſimilari

parte consistit, tādem exhauritur. Et enim partis similaris triplex est substantia , solida, humida,& spirituosa. Humida rursum triplex, carnosa, quæ nil quàm cōcretus est humor alimentarius: primigenia,quæ propria est calidi innati substantia,in qua & spiritus & calor innatus primùm consistit; Aquea seu elementaris qua tanquam glutino solida substantia cohæret ac persistit.

Quum itaque febrilis ille calor cor & vnamquámque partem similarem inuadit,primum quidē carnosa quoque illius substantia incenditur & efferuescit : ac quandiu nihil eius aut exiguum dissipatum est, primus est febris hecticæ gradus. Secundus quum amplius procedente calore, aut

plurima aut tota carnosa hæc substantia absumpta est; Nam & huius multi existunt ordines. Tertius hecticæ gradus est, quum absumpta carnosa substantia, calor ille febrilis & immanis primigenium humidum manifestè depopulatur: hic verus est marcor, & febris hectica cū marcore, quā Græ. μαρασμωδῆ & περιφρυγῆ appellant. Per hanc quidem insitus spiritus atq; calor q eo humido innititur, omnísque hinc prodiens facultas magnam facit virium iacturam : hinc & corporis vires omnes marcescunt & languent, omnésque functiones intercidūt. Hæc si manifesta iam est, penitus immedicabilis existit, &c. vide reliquum caput.

Curatio hecticæ febris ex Holler. lib. 1. de morbis internis cap. de hectica.

In curatione hæc maximè obseruanda sunt, an simplex sit febris hectica, an coniuncta sit febris putrida, Erysipelas, inflammatio, an syncope frequens incidat: hæc enim remedia hecticæ interpellant. Simplex nullo maiori remedio irritari debet. Maiora remedia sunt, phlebotomia & purgatio. Deinde vehemens tum animi, tum corporis motus ex cap. 7. & sequentibus lib. 9. Meth. vitandus est. vnicus scopus est, vt refrigeres & humectes: idque partim balneis, partim alimentis, tum etiam Epithematibus, rebúsque non naturalibus. Quod ad balnea attinet, exoleuit

iam curiosus ille apparatus veterum balneorum, nec nisi cum periculo tentari potest. Exoleuit etiã consuetudo: & si quid in apparatu peccatũ est, grauius esse solet: itaque hoc tempore proximè lectũ ægri labrum aqua plenum disponi potest.

Quòd si vapor balnei ægri corpore excipitur, priúsquam immergatur, salubre est. Itaq; linteo cõuolui potest, vt duobus pluribúsue hominibus teneatur, ita frigidum aerem inspiret, reliquo corpore per raritatem lintei vaporem balnei excipiat. Iam rarefactis poris corporis, ac posteaquam æger vires receperit, satísq; quieuerit, aliquoties aqua tepida & temperata immergi potest. Mora sit pro ratione virium.

A balneo quoq; corpus oleō inungi poteſt, vel communi, vel nenupharino, vel violato, de cucurbita. Cæterùm quòd aliquando monuimus, & hic quoque ſummopere obſeruādum eſt, nec oleum, vel rancidum ſit, vel ſalſum, quod vix reperias multis in locis. vbi itaque commodum oleum defuerit, butyrum recēs vel per ſe, vel priùs ex aqua violarum lotum vſui eſſe poteſt.

Subiiciebant veteres balneum è frigida, quod ſuſpectū eſſe poteſt, niſi & vires conſtent; eſtas ſit, conſuetudo frigidi balnei, temperamentum calidum & ſiccum, nulla cruditas nullus tumor, nulla plenitudo. Alimenta imperari debent lac aſinæ, vel mulieris; bubulū etiam vſui eſſe poteſt.

Sed eligendum lac est, probandúmque notis suis.

Sugatur è mamma, vel recens mulctum bibatur. Periculum fit mensuræ lactis datis primùm ℥ij. deinde iij. vel etiã iiij. Quòd si in ventriculo non corrumpitur, paulatim augeatur modus ad lib.ß. Corrumpi intelliges partim è ructu, maximè nidoroso, partim expulsu qui debilior, tardior, rarior, languidior factus est. Quòd si ructus nidorosus est, poterit aliquid aquæ incoqui cum lacte. Si accidus, momentum mellis, aut sacchari misceatur.

Hordeatum quoque maximè conuenit, vel ptisana ex tritico comparata, & colata, iusculum item pulli gallinacei, in quo hordeum mun-

datum, & excorticatum coxerit, alteratum cum lactuca, & portulaca.

Et quia in hecticis vis attractrix infirmior eſt, liquidiora ſunto alimenta, alioqui aceti modicum etiamſi videri poſſit nocere, quia deſiccat, miſceatur lactuca, portulaca ex aceto diluto, aqua etiam aliquando frigida; quanquam modus eſſe debet, nec adeò gelida, nec multa exhiberi debet, vbi nimis extenuatum corpus eſt.

Potiones frigidiuſculæ, ſolidiora alimenta non ita frigida, ſed ſubtepida imperentur, Epithemata ex farina hordeacea, quã ſubiges è ſucco lactucæ, oxalidis, ſéperuiui, & ſimilium. Portulaca per ſe

contuſa ſtomacho & hypochondriis vtiliter apponitur. Alioqui.

℞. ceræ lotæ ℥iij. olei roſati ſimiliter loti lib. 1. liquefiant in vaſe duplici. Liquefacta refrigeſcant, vbi refrixerint, ex aqua refrigidiſſima, lactucæ ſucco, vel portulacæ ſubigantur, fiat cerotum. Inungatur venter, hypocondria & partes, vnde primùm hectica nata eſt. Alioqui linteolum ſubinde inculcatum omphacio, lactucæ, intybi, ſemperuiui, atq; eiuſmodi refrigerantium ſucco, hypocondriis & thoraci apponemus.

Verùm in horum omnium vſu animaduertendum eſt alia quidem refrigerare, & humectare, alia ſiccare: humectantibus vtemur, ſi alui profluuium

non eſt: tùm enim ſiccantibus vtendum eſt, ſimul, & refrigerantibus: Deníque quia breui tēpore admota remedia incaleſcūt, ſubinde mutare oportet. Præterea partes ſpirales nō ſine noxa diutinâ perferunt refrigerantia, ſed inde dyſpnæa naſcitur: omnia itaque temperare oportet. Olea conueniunt de Nenuphare, ſalicibus, cucurbita, papauere, violis, roſis, Cydoniis, eadem ſeruata diſtinctione in vſu ſiccantium, & humectantium. Supra omnia aër componendus eſt, qui ſi temperatus, alterari non debet: ſi calidior vt æſtate, refrigerandus eo modo, quo capite de æſtu dicemus. Hyeme iam frigidior, quo tempore leuiter alterari debet, non tam igne, maximè è prunis, quàm

leui flãma, aut vapore aq̃ calidæ. In ratione alimẽtorũ considerãda est virtus: nutriemus enim pro ratione virium, lacte vaccino, à quo recens butyrum extractum sit, lacte asinæ: aut si nutriendũ, q̃ alterandum magis, lacte muliebri. Bubulũ plurimùm nutrit, sed ratione butyri nocere potest.

Caprillum quoque vsui esse potest, sugi debet vt antè diximus, vel recentissimè mulctum bibi. Plurimùm nutrit panis sæpius lotus in aqua, deinde ex lacte recẽs mulcto comedit. Plurimũ laudatur aqua hordei, in qua cancrorũ caro detractis testaceis coxerit.

℞. hordei mundati ℥j. cancrorum excorticatorum ℥ij. bulliãt in lib. ij. aquæ dum dissiliat hordeum. Oportet ante excorticatos cãcros priùs di-

ligenter ablui, vt omnem fœditatem odoris deponant, dedeinde coqui. Potionum eiusmodi cancrorum mundatorum singulæ vnciæ, singulis lib. aquæ hordei incoqui debent. Similia ex cap. de phtisi repeti possunt. In instaurando hordeata, in quibus etiam vitellus oui dissoluatur. Aliquãdo quoq; vt refrigeres, semen portulacæ, lactucæ, & similia concoquuntur.

Si à syncope metus est, aliquid etiã vini granatorũ, margaritarũ, semen acetosæ, alia q̃ cordialia appellãt. Iuscula carniũ pmittũt, sed alterari oportet hordeo mũdato concocto oleribus, quæ refrigerãt, & humectãt lactuca, portulaca, scariola &c. Permittitur in potu aqua, in qua aliquid sacchari dissolutum sit.

Vinum granatorum similiter dulcoratum. In viribus infirmis, expressionibus, colatitiis, distillatis, instaurantibus vtendũ erit. Si à profluuio alui metus est, aqua hordei paretur ex hordeo torrefacto, similiter & hordeatum.

Quib⁹ addi possunt gũmi arabicũ, miliũ torrefactum, & alia eiusmodi, quæ sine calore aluũ supprimunt. Auenatum loco hordeati ad tempus commodum est, etenim fluxiones alui supprimit. Sed dum symptomatibus consulimus, febris habenda ratio, & ad huius remedia tempestiuè redeũdum est. Caseus recẽs sine sale paulò firmioribus cõuenit, vt vocata gelatina minùs firmis. Vinum dilutum benè cõtra syncopem facit, & lapsum virium.

Cibus duabus horis ante balneum imperari debet aut paulò post balneum. In balneo non est exprimendus sudor: madidus enim vapor sufficit. Summatim in vsu balnei, ad vires diligenter animaduertere oportet. Multa quæ ad hãc febrem pertinent, ex cõmentariis de sanitate tuenda, Method. med. Libello de marcore colliges.

De febre continua ex Fernel. cap.7 lib. 4. pathol.

Continua febris subiecta materia in vasis est maioribus, quæ in illis putrescens, aut ipsam de se putredinem, aut putrem vaporem in cor assiduò continentérque fundit, è quo assidua fit putrida febris, quæ conclusa nuncupatur: at quùm

vel in inguine, vel in secretiore loco coarctata hæret, tum nec putredinem, nec eius halitum, sed vnum calorem partium continuatione in cor infert, è quo solùm vel diaria febris fit, vel symptomatica. Ea autem venarum materia sanguis est: in quo (siquidem ex ęquabili humorum permistione constet, synochus consistit: Si vero ab illius mediocritatate deficiẽs vel biliosus, vel pituitosus, vel melancholicus appelletur, in eo putrida febris excitatur continua.

Vbi igitur synochus non nisi in temperata natura, quæ multo sanguine eóque mediocri abũdat, & quæ carnoso est habitu gigni solet: ita de putridâ cõtinua iis duntaxat obtingit, q ab hac mediocritate re-

cedunt biliosis, pituotisis], aut melancholicis. Hic autem vnũ meminisse velim, quæ in Physiologiâ fusius demonstrauimus, in venis nihil præter sanguinem cum sero contineri, & quicquid foras effusum concrescere potest, sanguinis nomine cõprehendi nullos illic secundum naturam humores esse synceros, & superuacaneos, sed eos quatuor ex quibus sãguis cõstat, verè succos esse quibus alimur: neq; aliud illic bilẽ esse, quàm totius sanguinis partem tenuem, atque calidam, quam etiam biliosum sanguinem appellamus: neq; aliud pituitam, quàm sanguiguinis partem crudiorem: neque aliud melãcholicũ quàm terrenam portionem, & melancholicum sanguinem.

In quibus igitur non æquabilis ineſt ſuccorum permiſtio, ex putreſcẽte æquabiliter ſanguine, febris accenditur continua, & quibus ſanguis multùm bibliofus eſt, tertiana fit continua : quibus is pituitæ quàm cœterorum humorum magis particeps fuerit, continua fiet quotidiana, & quum nimioperè in melancholiam deuerget, continua quartana: Eſt autem continuarum omnium genus duplex, vnum earum quæ ab initio in finẽ perſeuerant, nullo ſtato excandeſcentiæ ordine. Huiuſmodi ſunt ſynochos putrida, & quæ cauſus appellatur: alterum earum quæ nunquam intermittunt, remittunt verò & excandeſcunt, aliꝭ, quotidie, vt quotidianæ continuæ, aliæ alter-

nis diebus, vt tertianæ continuæ, aliæ quarto die vt quartanæ continuę. Vide reliquum caput.

Febris continuæ curatio ex Holler. lib. 1. de morb. intern. cap. de febre ardente.

Bilis repurganda & extinguenda. Primúmque animaduertendum, vtro remedio potius vtendum sit, phlebotomiâ, an cathartico. In ideâ & omninò exqsitâ phlebotomiâ omittẽda est. Suspecta quoq; in eâ quæ ad ideã ꝓximè accedit, in aliis si numeri phlebotomiæ consentiunt, etiam ad animi deliquium authore Galeno sanguis detrahi potest. Nunc verò animi deliquium expectandum non est. Veteres etiam purgationibus vtebantur, alij quidẽ fortioribus,

alij leuioribus: præferendæ leuiores. Hippocrates 4. de victus rat. in mor. acu. asinino lacte cocto. Gal. etiam sero vtebatur. Mollibus clysteribus ex iis quæ feruorem febris extinguunt, vti licet, vt paratis è sero lactis, è decocto violarum, maluæ, rostri porcini, & similium.

Saccharũ potiùs quàm mel, in his dissolue oleum violatum potiùs, quàm commune. Catharticum conueniens cassia est in, sero lactis dissoluta, aliquando etiam infusum Rhabarbarum, quæque cap. de febre tertiana dicta sunt. Maxima pars curationis in extinguenda bile consistit. Extinguitur commodissimè victus ratione. Decumbat igitur loco suaui auræ exposito.

Quòd si locus sine vētulo est, flabello vtendum est. Mollis sit culcitra, stragula & lintea-mina tenuissima, minimè aspera & sordida, ideóque contra errorem vulgi subinde commutāda sunt. Lectus amplior sit, vt subinde locum comutet æger. atque vt aër qui ambitur frigidus sit; corpus reliquum non ita perfletur, ac refrigeretur, præsertim accessionis initio, & incremento. Obscurum aërem commendat Hippocrates, alij neque obscurum, neque lucidum. De ea re iam disceptatum est cap. de phrenitide. Æstate etiam aër cubiculi flabellis excitari, ac refrigerari potest, aqua putealis alioqui frigidissima è vase in vas sępius trāsfundatur, vt etiā strepitus ad aures ægri perue-

iat. Solum insternatur rosis, capreolis vitiũ, lactucis, nymphæa, portulaca, & similibus, aqua rosarum, & aceto, aqua frigida: rami quoque è salicibus toto cubiculo componẽdi sunt, ac subinde commutandi; siccati enim iam lædunt. Quòd si aër non admodum calidus est, sed temperatus, eo contentus esse poteris. Victus potus sit magis, quàm cibus, mulsa cocta sed diluta nostro more, aqua cocta modico saccharo condita. Quæ ex hordeo potiones, sorbitiones, alimenta comparantur, detracto cortice hordei, (ad tollendam siccitatem, cortex enim siccat) comparentur: hordeata diluta sint, aqua frigida ante vigorem vsui esse non potest. Aëtius permittit,

si

si quintam partem aquæ temperatæ ad aquam frigidam adiicias. Verùm potiùs veteris aquâ, vt priùs, coctâ & modico saccharo violato conditâ, vt sit octupla aqua, sub octuplum saccharum.

Alioqui pane priùs eloto, abiectáq; priore aquâ, aquam conficies, quam panatam vocant, eámque frigidissimam propinabis, sed maximè in vigore, & declinatione particularis accessionis multò liberiùs. Iam apparentibus signa coctionis, pruna multa, aquâ cocta cibo esse possunt. Præter hęc ceratum album refrigerans Galeni ilinendum est partibus, in quibus maior feruor est, vt hypochōdriis, & thoraci. Dictum autem priùs ex vnâ parte ceræ, quatuor

partibus rosacei simul liquatis, vase duplici comparari: atque vbi refrixerit, in aquam frigidissimam demergi debet, subigique, vel succo lactucæ, vel semperuiui, vel eorum quę refrigerant simul, & humectāt. Si in thorace feruor est, loco rosacei, violaceum eligendum est, meliúsque fuerit olea priùs elui. Rosaceum ex aqua rosarum, violaceum ex aquâ violarum, quæ quia statim incalescunt, subinde commutanda sunt: fiunt & cataplasmata ex farinâ hordeacea, subacta succo lactucarum cucurbitæ, Cucumeris, nenupharis, polygoni, plantaginis, capreolorum vitis, & similium: folia lactucæ, ramenta Cucurbitæ, aut Cucumeris, manibus contrectentur, & admoueātur plan-

tis pedum. Extrema quoque aquâ frigidissimâ immergantur, cui, si vis, tantillum vini commixtum sit ad penetrationem, vel ad refrigerandam frigidæ vim, contineat in ore, & linguâ folia portulacæ, lactucæ, aut acetosæ. Genitalia inuoluantur linteo subinde inculcato in miscellâ, ex aqua rosarum, vino tenui & aceto: Etenim mirabiliter contra æstũ facit. Poteris os colluere aquâ frigidâ, vel simplici vel refractâ quintâ parte temperatæ. Veteres etiam cochleare succi rosarum, contra æstum stomachi propinabant.

Verùm in vsu horum omnium frigidorum obseruandum tempus est: Nam initio, & augmento febris, non conueniunt. In vigore, & declina-

tione cùm iam in superficie calor diffusus est, æstum extinguunt: Alij pulmones recens mactatorum animaliũ, columbos, pullos, catellos diuisos medios, & vt dicunt exenteratos, raso capiti, pectori, plãtis, hypochondriis admouent, vt tepido calore, calorẽ igneum foras attrahant; Laxatis viis fuliginem ducant, & per accidens refrigerent. Veteres thoraci, & pectori linteolum hydrelæo calente madefactum applicabant: alioqui lanam quantũ manu capitur, in aquâ & oleo rosaceo, vt violaceo calefactis madefactum, exprimebant è sublimi in pectus, modicum quóque salis, & aceti adiungi potest: sic enim sudorem excitant. Ad refrigerium quóque lactucarum te-

nella germina, calente poscâ immergantur, deinde vel saccharo violato conspergantur, alioqui ex oleo, & aceto comedantur. Meliùs oleum rosaceũ, sed priùs abluatur.

Practici recentiores, miscella ex oleo chamemelino, aceto albo, & aquâ rosarum, hypochondria, pectus, & latera, quâ maximè parte feruent, inungunt, & ita dolores mitigant. Gal. lini semine in hydræleo cocto, & tepido admoto hypochondriis, æstum, dolorémque mitigabat oxymelite quóque diluto, vtebantur multo, maximè vbi adstrictionis suspicio. Quietos esse oportet quantùm febris patitur.

De syrupis, & eorũ vsu iam antè dictum est. Familiaris est iulepus rosatus, syrupus de

limonibus, violarum, oxysacchara simplex, syrupus acetosus. Verũ syrupos multâ aquâ coctâ, vel aquâ hordei excorticati, aquis scabiosæ, buglossi, & similibus dilui debent.

Aëtius diacodio vtitur: nũc syrupo de papauere, de nenuphare vti licet. Aquę cõueniũt destillatæ è cucurbita, cucumere, melone, portulaca, rosis, violis oxalide, & similibus. Sed oportet vel quartâ vel sextâ parte sacchari condiri, vt fiant iulepi. Iusculis quoque è carnibus vitulinis, iuniorum pullorum, gallinaceorum, alteratis cum herbis refrigerantibus, æstum tẽperamus: multa verò incidunt, vt deliria, vigiliæ, sitis, lĩguæ scabrities, animi deliquia, dolores, singultus, tussis, colliquationes, aliáque

eiusmodi, contra quæ remedia propriis capitibus dicentur.

De Tertiana febre ex Fernel cap. 13. lib. 4. pathol.

Tertiana febris exquisita, ex putrescente flauâ bile superuacaneâ incenditur, idque vel in propriâ cysti, vel circũ præcordia, cauáque viscerum: è quibus tamen eius nonnihil interdum in venas irrumpens sanguini permíscetur. Hoc autem loco quiddam admonuisse lectorem iuuabit permagni ad artem totam momenti. Bilis superuacanea siuè è proprio folliculo, siuè è iecore redundans, quum impetu facto irrumpit in venas, vt in ictero, in tertianâ febre, nonnũquam & in continuâ, & aliis plerísque morbis non sanguini, sed

ſero verè permiſcetur, nec ſanguis portio quędam fit, quemadmodum neque ſerum. Cuius rei hoc tibi argumentum eſto, quòd in iis affectibus, ſi vena ſecetur, ſanguis ille ex quatuor humorum permiſtione conſtans, purus, atque ſyncerus (niſi aliunde vitiū contraxerit) apparet, nec citrino bilis colore infectus; ſicque bilis ea ſuperuacua nuſquam videtur, cum ſanguine cōcreſcere, tota quippe transfertur in ſerum, eique tanquam vehiculo inſidet, niſi fortè minimùm eius, in ſpumam verſum, per ſumma ſanguinis innatet: ac proinde eius permiſtione in his febribus, vrinæ viſuntur ſupra modum craſſæ, atque citrinæ; Eos maximè prehendit qui naturâ calidi ſiccique ſunt,

habitu gracili, ætate floridâ, qui laboribus, vigiliis, mæroribus, curis, ardoribus, victui parco, calido siccóque assueti sunt, qui iecur impēsè calidum obtinent: hi quippe bilis flauæ prouentum faciunt, maximè quidem æstate, calidis siccísque regionibus, & æstuoso cœlo: si quid istorum deest, exquisita tertiana esse non potest.

Repentè quidem hæc præhendit insigni rigore, quò plerúmque corpus omne concutitur, sub cuius finem excussa bilis sæpe vomitione redditur. Hinc calor breui accenditur, & in omne corpus effunditur, mox ad vigorem festinans, acer, pungens, & iniectam manum acriter feriens, sed statim mitescens. Labo-

rans ita exuritur, vt & corpus nudet, & variè iactet, & spirãdi difficultate oppressus magnum multúmque spiritũ ducat, sitíque enectus frigidum expetat, vigiliis, capitis dolore, & irâ, furoréque percitus. Longissima accessio horarum est duodecim, interdum septem, vel quatuor, multo quidem sudore eóque calido, & vaporoso inclinans, quàm pura sequitur intermissio. Pulsus accessionis initio contractus, paruus, posteà verò quam in cæteris celerior, atque crebrior, quòd refrigerij maior insit necessitas: vehemens, & validus, sed aliquantum durus ob arteriæ siccitatem, minimùm inęqualis ob tenuitatem materiæ, cuius est facilis inflammatio, ob id etiam quòd

non minor sit refrigerij ex diastole, quàm expellendorum putridorum ex systole necessitas: vrina flaua, aut flammea, substantia mediocris, & odore grauis: Atque hæc pura quidem & exquisita tertiana est, quàm censuit Hippocrates septem circuitibus, quod longissimum est iudicari.

Curatio tertianæ febris ex Holle. lib. 2. de morbis internis cap. de Tertiana Febre.

Curatio ad duos scopos relata est veteribus Medicis, alterationem, & vacuationem. Alteratio refrigerantibus, & humectantibus: vacuatio per sudores, & vrinas perficitur. Paulus rectè quidem infirma hæc remedia credidit, propterea quòd non tertiana illa, quę

idea & exemplum quoddam est, reliquarum, nobis curanda est: sed quæ iam aliquid pituitæ commixtum bili habet. Oportebit ergo intendere in scopos illos veterum, sed ita temperare, vt quantum declinet curanda febris ab ideâ illâ, tantùm curatio euariet. Initio ergo, si resistit aluus, clystere leui, vel debili quodã pharmaco mouenda est. Medicamenta sunt, vt cassia fistula ex decocto violarũ, prunorum, Tamarindorum, & similium.

Vehementer commendant hanc potionem.

℞. succi granati acidi, & dulcis añ. ℥iß. per noctem salubri loco resideat, postridie in eo succo dissol. sacchari optimi ℥j. Et si vehemens calor est, Saccharũ violaceum sit, & ad-

datur potioni aquæ rosarum ℥j. Si verò pituitę aliquid mixtum est, loco aquæ rof. misce vini tenuis ℥j. Lenies aluum, reuocabis appetitum, partes naturales roborabis. Quòd si obstructionis suspicio est, aquã end. aut hordei ℥j. commisce-bis. Alij ℥ij. oxysacch. simplicis, succi Endiuiæ depurati ℥j. vtuntur eadem vtilitate: vbi verò plus pituitæ mixtum est, pro succo end. succus radic. fænic. pro oxysacch. oxymel simplex miscendum est: atque vtilius oxymel volunt, in quo ferbuerint frondes nucis, vel tenues asparagi, & hyssopi summitates: alij contenti sunt ℥iij decocti prunorum cũ sacch. viol. ℥ß. Eodẽmodo & Tamarin. vti licet. Iam remollitâ aluo de phlebotomiâ

ſtatuendum. Saluberrimum, inquit Gal. febribus omnibus non modo continuis, ſed iis quæ ex putredine natæ ſunt, ſecare venã, ſi ætas, vires, &c. permittant: Omiſſum tamen hoc remedium à Græcis, & omittendum quidem, ſi exquiſita tertiana eſt. alioqui admodum ſalutare: quod tamen tẽperare oportet, vt tertiana quam curamus, vel ad exquiſitã accedit, vel ab ea recedit. Arabes ex vrinâ rubra cõſiliũ ſumunt phlebotomiæ, fallaci quidẽ coniecturâ: quòd eam dominantis ſanguinis, vel grauioris incendij, indicium eſſe putent. Talis enim vrina aliquando infirmo ex hepate, vel rene, plᵒ æquo attrahẽte, aut aliis de cauſis, non ex naturâ febris procedit. Addunt præ-

tereà non esse detrahendum sanguinem ante tertium paroxysmum, obtruduntque experientiam, quòd quibus aliter sanguis detractus est, iis ferè exasperatum malum: secant ferè sexto die: aut prædici iubēt fore, vt proxima accessio, quæ quarta est & die septimo, grauissima, ne id ex phlebotomia, & peccato medici contigisse videatur. Conueniunt cum Græcis, in vsu eorum quæ vrinas mouent & sudores. Vtuntur plurimùm oxysacch. simp. Syrupo aceto. Græci, si materia sursum ascendit, & æger nauseat, vomitiones adiuuant: si mordentur intestina, lenib. clyst. excludunt, alioqui lotia, & sudores mouent. Vomitus cient ptisanæ tepidæ ℥4. sacch. ℥ß. Aliud.

℞.decoct.lact.atripl.portul. añ ℥ß. olei communis ℥ij tepidè vtatur: Sed abstinendum vomitionibus in iis maximè, qui ex consuetudine non vomunt. In Clyst.cass. ℥ß.aut catholici, plus etiã, vt res exigit, diss.debet oleo viol. In iisdem vtendũ est facch.potiùs, quàm melle, apio & anetho mixtis, in potu, aliisq; leuioribus diureticis vtebantur. Sudores mouendi sunt, siquidem resistunt, sub finem accessionum. ℞. ptisan. vulgaris calid. ℥iiij. aut ℥iij cũ ℥j.decoct.florũ cha. vel diluto oxymel. in quo nepethæ modicũ ferbuerit, idq; magis, si crassior humor fuerit. Vsitatus est ptisanæ vulgaris potus calidus, cum subduplo syrupi acetosi vt sint ptisanæ ℥iij. syrup. aceto. ℥iß. Vinum

quóque album, tenue, oligophorum, & vrinas, & sudores mouet. Verùm neque vrinæ mouendæ sunt, neque exprimendus sudor, nisi cùm apparuerint manifesta signa coctionis, multò maximè, cùm iam perfecta signa coctionis apparuerint; & quæ vomitiones mouent, tepida; quæ sudores, calida exhiberi debent.

Quòd si superioribus remediis non concedit febris, Rhabarbaro vtendum est ad ℥iß. vel ℥ij. si verò neque his concedit, & vires sustinent, phlebotomia de eadem venâ axillari, internâ dextrâ repetenda est: alioqui Catharticis paulatim deducenda materia est, quale hoc est.

℞. syrup. de Cicho. simpl. ℥vj. Rhabar. pulueriz. & no-

dulo raro inclusi ℥ij. suspendatur nodulus, & syrupo immergatur, capiat diebus intermissionis ℥iß. syrupi cũ aquæ hordei in calidiore conditione, hydromelitis in frigidiore ℥ij. atque iam declinãte morbo, & longius progresso, medicamẽtis catharticis aliquid eorum, quæ melancholiam purgant, miscendum est, pars enim materiæ ardore in melancholiam versa est.

In accessionibus, vbi vehementer sitiunt, sed maximè in statu aqua hordei, iulep violatum, syrupus violatus, cum aquâ frigidâ, vinum etiam album, oligophorum, siquidem iam tempus est sudoris promouendi, & vrinæ, exhiberi debent: Nec hoc quidem exiguâ quantitate, sed semel

quantùm appetunt. Ratio victus quæ refrigeret, & humectet non tàm tenuis, quàm ab antiquis præscripta est, propter consuetudinem victus. Licet enim vti iusculis plurimùm alteratis cum lactucâ, acetosa, portulaca, hordeato, cum seminibus frigidis alterato. Posteà verò apparentibus signis coctionis, lacte amygdal. pedibus ouillis, piscibus saxatilibus, cancris; percis & similibus, vitellis ouorum; de quibus quià controuersia est posteà dicetur. Tumque iusculis commisceri debent, quę aperiunt, & vrinas mouent. vsitatæ sunt radices acetosæ, petroselini hortensis, & cichorij. Sed per omnia meminisse oportet, maiora remedia, vt venæ sectionem, & cathartica,

cõuenire diebus quietis. Excrementa verò promouenda, cùm iam manifesta coctio apparuerit in vrinis. Vigilant, æstuant, sitiunt, & alia patiuntur, contra quæ remedia suo loco dicentur ad finem libri huius.

Remedia quædam sunt vulgaria, quibus quidem vti licet, non neglectis aliis, quale hoc est. Sonchus tritus, Sambuchus, plantago, ex aceto subiguntur, & carpis alligantur. Sunt, qui & semperuiuum, & alia eiusmodi refrigerantia trita hepatis regioni applicent. Suspectum quidem hoc remedium, quanquam aliquando febrem extinguit. Sed nũquam hoc vtendum est, vbi obstructionis suspicio. Alij pul. fuliginis è furno, & saluiam contusam vnà miscent

cum oui albumine, & ita imponunt carpis. Nonnulli eandem fuliginem cum alliis cæpis, albumine oui & germine, miſcent, acetum aſfundunt, admouentque carpis. Temeraria verò remedia cauſtica, quæ veſicas excitãt, quale eſt quo vulgus vtitur, radice ranunculi tritâ, alligatâ carpo. Eadem quóque exteriori gutturi admouent. Itáq; prudenter vtendum eſt vulgi remediis.

De quotidiana febre ex Fernel. cap. 12. lib. 4. Pathol.

Febris vnaquęque intermittens à circuitus motúſque ordine nomen habet. Hinc quotidiana, quòd quotidie typo ſimili redeat, amphemerina dicitur. Omnium quidem febrium rariſſima, & quæ vix ex

ſexcentis vna obtingit: ſed cùm laborans quotidie febre conflictatur, id ferè à duplici tertiana fit. Vt autem paria ſtatuerentur febrium atque humorum genera, hãc in pituita collocarunt: quæ tamen rariſſimè putreſcit, vixque eam putredine qualitatem conſequitur, quæ febris eſſentiam compleat. Quum autem ſuperuacua pituita (cuiuſcunque ea generis ſit) vel in inteſtinis, vel in meſenterio, vel circum ventriculum, viſcerúmque caua coercita putreſcit, febrilemq; qualitatem nanciſcitur, quotidie mota conditionis ſuæ vaporem effundit, continentem acceſſionis cauſam. Accedit hæc quib' pituitæ copia ineſt, natura vel ætate humidior, obæſis, mulieribus, Eunuchis,

ſenibus, & iis qui vel otio, vel ſomno longiore, vel crebris balneis, vel frigidioribus, humidioribúſque cibis, vel aſſiduâ crapulâ, vel edacitate, vt pueri, vel ebrietate cruditatis, ac pituitæ copiam congeſſerunt: maximè verò hyeme, frigidis regionibus, & pluuioſo cœlo. His ferè facies ſubliuida, & ſubtumida eſt, os ventriculi imbecillum, deiecta appetentia, acidúſque ructus frequens.

Acceſſio autem non repente, ſed ſenſim inuadit, corporis extrema duntaxat refrigerans, rarò admodùm rigore conueniens: corporis adeſt grauitas, & inexpugnabilis dormiēdi neceſſitas: plerúmq; & hoc initio animus vel defectione, vel ſyncope lāgueſcit.

Calor dein pedetentim & ægrè augeſcit, magnâ certè inæqualitate, qua modò calor, modò frigus percipitur. Accenſus dein calor non acer, ſed hebes & habituoſus tāgenti primùm occurrit, quaſi ex ſuccenſis viridibus lignis vapor ſublatus, poſteà verò aliquantum mordax & acer. Quùm in omne corpus iam effuſus eſt, nullum vehemens incendium corpus nudare cogit, nec ardoris compunctio id variè iactare, nec ſpirandi difficultas multū frigidúmq; aërē ducere, nec ſitis vehemēs aquā frigidam expoſcere. Inclinans acceſſio primis diebus nullū, poſteà verò paucum ſudorem effundit, qui pro vaporis ſpecie pinguis viſcoſúſque eſt. Tota acceſſio horarū eſt octodecim,

decim, intermissio sex, q̃ rarò integra puráque existit. Pulsus paruus, languidus, summissus, & rarus, præsertim accessionis initio, & incremẽto, quòd natiuus calor frigidi, crassi viscosíque humoris agitatione vehementer præmatur: posteà verò creber euadit, sed minùs quàm in tertianâ atque quartanâ, æquè tamẽ velox, atque in quartanâ: huius inæqualitas omni accessionis tempore, quàm in cæteris intermittentibus maior. Vrina primis diebus tenuis, & alba cernitur, ex crudæ materiæ copiâ, quæ & vehementer obstruit, & natiuum calorem obterit. posteà verò quum materia coquitur eiúsque nonnihil cum vrinâ præterfluit, rubra, crassa, turbidáque redditur. Alui deiectio

liquida, cruda, pituitosa. His igitur, prima sæpè accessione, quotidiana febris dignoscitur, quùm præsertim quotidianæ populariter vigent.

Curatio quotidianæ febris ex Holl. lib. 2: de morbis internis cap. de febre quotid.

Primis diebus cùm tenues sint vrinæ, sæpè etiam albæ, vtendum est incidentibus, & aperientibus: materia enim crassa, quam incidi oportet, & iisdem medicamentis liberantur obstructiones. Verùm in salsâ, & dulci, iis quidem leuioribus, & paucioribus diebus vtendum est.

In vitreâ & accidâ, fortioribus, idque pluribus diebus Græci & Arabes ad septimum diem vtuntur: iustus terminus

definiri non poteſt. Conueniunt itaque oxymel ſimplex, & hoc leuior, ſyrup. aceto ſus, aqua ſaccharo cõdita, cinamomo: fortiora ſunt oxymel diureticum, ſcilliticum, ſyrup. de duabus, de quinque radicibus, & alia deſcripta capitibus morborum phlegmaticorum. Laudatur plurimùm melicratum, hyſſopi, thymi, pulegij, ſtæchados, rerúmq; ſimilium.

Verùm habenda eſt ratio, vt iuſta ſit proportio mellis ad aquam. Nam vbi natura ægri frigida eſt, materia febris contumax, frigidum anni tempus &c. eiuſmodi, ſexta pars mellis miſceri poteſt, alioqui vel octaua, vel nona. Hócque perpetuò meminiſſe oportet, in vſu ſyruporum oportere aliàs plus, aliàs minus dilui. Ne-

que consuetudo recipienda, quæ tantùm duplum aquę, aut similis liquoris imperat, vt syrupos diluat.

Iam præparatâ materiâ, siquidem vrinæ crassæ, & rubentes appareant, videndum est an phlebotomia conueniat. Nam & antè, si tales vrinæ fuerint, conueniet multò magis, vbi vel pituita dulcis, vel salsa est. Arabes calidâ cōstitutione cæli, dextram basilicam; frigidâ, sinistram pertundunt, oportet autèm parum detrahere, quia affectus est frigidior. Quòd autem ad purgantia pharmaca attinet, néque Cassiam, néque tamarindos, aliáque eiusmodi leuiora recipiunt, quià stomachum offendunt, & tantùm quod est subtile euacuāt. Itáq;

& Aloë, Turpetho, carthamo, & aliis quæ dicentur, vti malunt.

Et quià semel non potest repurgari tota materia febris, epicrasi vtendum est. Primùm enim, vt antè dictū est, materiam incidimus, & obstructiones liberamus, tùm pharmaco vtimur, eóq; leuiori, sed quod stomacho non noceat. Quin etiam omnibus medicamentis commiscere oportet ea, quæ stomachum roborant: Etenim in quotidianâ stomachus ferè laborat : idque meminisse oportet, salsam, & dulcem pituitam leuioribus educi posse, vitream, & acidā non posse: propterea in dulci & salsa poterit conuenire hæc potio.

℞. Summitatum absynthij

P.2. pass.p.1. glycirrhizæ semi. anisi, & fœniculi an. ʒj. fiat decoctio in quâ diss. cathol. ℥j. Mellis rosati colati ℥iß. fiat potus.

Catharticum Auicennæ.

℞. Mastichis, zinziberi, turpethi benè gummosi an. ℈j. Sacch. albiss. ʒj. cum decocto passularum fiat potus. Licet vti pil. elephanginis, de hiera, assaieret, vt sint harum alicuius ℈2. agar. ℈1. & incorporentur syrupo tos. pallid. laxat. Laudantur quóque hæ pilulæ.

Pilulæ Compositæ.

℞. aloes lotæ in succo maioranæ, qui ventriculum roboret, ʒj. agar. ℈1. mastichis, cinamoni, piperis an. grc. 8. cùm succo absynthij formentur pilulæ. Alioqui:

℞. Massæ interioris pilul. hieræ picræ Gal. ℈4. agarici trochiscati ℥j. semi. carthami, semi. vrticæ añ. ʒß. turpethi benè gummosi ℈1. mastichis, rosarum, cinamomi, galangæ añ. Græ. vj. sacchari in vino albo tenui dissoluti quant. suff. cum oxymelite fiant duæ, lozengæ pro duabus dosibus, sumendis tertio aut quarto quóque die.

Aliud.

℞. pul. hieræ diacol. ℈2. agarici trochis. ℈1. nucis moschatæ & cinamomi añ. gr. 8. cum syrupo de absynthio fiant pilulæ.

Pilulæ probatæ.

Auicénas agarici ʒj. aut ℈.4. corporat melli, aut eandem dosim semi. vrticæ præcipit,

datque breuibus interuallis. Quæ sequuntur pilulæ, multis probantur.

℞. pul. hieræ picræ ʒj. agar. trochiſ. ʒß. pulpæ colocynth. ℈j. maſtichis ℈ß. nucis moſchatæ & cinamomi añ. Gr. vj cum ſucco abſynthii, formentur pilulę pro duabus doſibus.

Aliæ.

℞. Agar albi, turpethi benè gummoſi añ. ʒ.2. Aloes, rhab. corticum myrobolanorũ citrinorum, & Chebulorum añ ʒj. ſemi. cuſcutæ & abſynthij, Eupatorij añ. ʒß. maſtichis, laccæ, aniſi, ſacchari albi, ſpicæ nardi, glycirrhiſæ añ. gr.8. Eſulæ pulueratæ ʒj. cum oxymelite ſcyllitico formentur pilulæ.

Conueniunt tēpore frigido

ad ʒj.nec de his tamen recentibus vtendum eſt, ſed poſt menſem.

Quæ ſequuntur, caput & ſtomachum viſceráque purgat, ſenſus acuunt, colorem reddunt, & diuturnam quotidianam ſanant.

℞. Aloes optimæ ʒiij. maſtichis ℈. 4. roſarum. Epithymi, Cariophyll. abſynth. añ. ℈j. laccæ, Cuſcutæ añ. ℈ß. croci, Eſuſæ añ. Gr.8. cum ſucco abſynthij fiant pilulæ Doſis ʒ. 1. ad 2. Dantur breuibus interuallis.

Simulatque apparebũt vrinæ craſſiores, & magis coloratæ, ſtomacho conſulẽdum eſt, per ea quæ poſtea dicentur.

Conueniunt fotus ex oleo cham. anethi: iaſmino, quibus totus venter fouendus, ſpina

inungenda eſt, idque cum frictione. Laudata eſt veteribus frictio ex telâ araneæ, quæ imbuenda eſt priùs oleis ſupradictis.

Laudantur quoque diuretica. Balnea quóque in declinatione, ſed néque frictionibus, néque diureticis, néque pharmacis, multò minus balneis vtendum eſt initiis febris.

Quòd ad clyſteria & ſuppoſitoria attinet, vbi reſiſtit aluus, imperari poſſunt. Comparantur ex eorum decocto, quæ incidunt, attenuant, & flatus diſcutiunt. Inflantur enim magna ex parte præcordia iis, qui quotidianâ laborant. Vomitus quóque maximè, vbi nauſea eſt, & iis, qui facilè vomunt, vtilis eſt.

Poſt initia iam vacuato cor-

pore dantur hora antè acceſſionem quæ ſequuntur.

℞. theriacæ vel Mythridatij ℨj. propinetur ex vino tenui. Probatur quóque decoctum apij, vel quod ſequitur.

℞. zingiber, origa. ameos añ. ℨiij. Coriandri præparati ℨ.4. roſarum, calamenti añ. ℨiij. paſſul ℥j. coquantur in lib vj aquæ ad cõſumptionem medietatis dantur ℥iij. horâ ante acceſſionem. Vitæ ratio inſtitui debet ex iis, quæ cogunt, attenuant, incidunt; & vt progreditur morbus, horum vis augenda eſt. Vinum ſit album, tenue, aut vermiculum, vel hydromeli vinoſum. Abſtinendum eſt multis iuſculis, quia nec decoctionem ita iuuant, & replent caput, nec ſtomacho amica ſunt. Qui

bus si vtimur, alterare oportet iis, quæ has noxas prohibeãt. adultis auibus vtẽdum est potiùs, quàm iunioribus, quę sũt humidiores, & excrementosiores.

De febre quartanâ ex Fernel. cap. 14. *lib.*4. *Pathol.*

Quartanæ febris continens causa censetur melancholia putris. Hæc enim quùm propriis ex causis multa cumulatur, nec caloris natiui beneficio regi potest, quasi destituta putrescens, hanc febrem accendit. Est autem Melancholia duplex, vna naturalis, quæ sanguinis quasi fex & limus est: altera adusta, quæ vniuscuiusque humoris torrefacti velut cinis est: hæcque aliàs ex bile flauâ, aliàs ex melancholiâ exustâ fit: interdum sed ra-

riùs ex pituitâ aut ſanguine peruſto. Hinc quartanarum alia ex ſeipſa, non ex aliâ præcedente febre originem habet, eáque ferè ſuccedit lienis tumori, quem naturalis melancholiæ exuperantia peperit. Alia aliarum febrium vel continuarum, vel intermittẽtium erraticarum ſoboles eſt, de quâ dixit Hippocrates, interpollata febris eadémque errabunda in quartanam mutabitur, præcipuè ſi autũnus proximus eſt: humor enim quicúmque priorem febrem genuit niſi integré vacuetur, exuſtus, craſſiórque factus, melancholiæ naturam ſubit, putreſcénſque ſubiecta fit quartanæ materia. Itaque eos inuadit, qui melancholicum humorem congeſſerunt, cuiuſ-

modi sunt lienosi, & qui vel adurentes, vel erraticas febres passi sunt non integrè solutas. Néque tamen in liene solo, sed & in mesenterio, & circũ hypochondria exuperans melancholia coaceruari solet. Huic gignendæ apti sunt frigidi, & sicci, qui gracili; & glabro sunt corpore, ætate constante, vel iam inclinante: qui curis & meroribus confecti sunt, cibis diu addicti crassis, terrenis, & omninò fœculentis. His melancholiæ copia succrescit, autumno præsertim, & regione cœlíque statu inæquali.

Quúmque putredinis causæ aderunt, febris exquisita quartana accendetur. Accessionis initiũ à frigore est valido, quòd eò vsq; sensim inualescit, dum

vehementem rigorem inuehat, non enim quidem, vt in tertianâ pungentem, feruentémque, sed verè contundentem, quo corpus vniuersum tremore concutitur, dentes strident; articuli verò, & ossa quasi pondere obterũtur, hoc abeũte vomitio erumpit amara, quùm præsertim viæ patẽt in ventriculum. Calor accenditur, non vt tertianæ vehemens, sed quàm quotidianæ ardentior: néque is toto corpore æqualis est, sed cùm quadam frigoris permistione, & permanente quodam artuum, & ossium dolore: sitis, vigiliæ, capitis dolor, reliquáque symptomata seuiora quidẽ, quàm in quotidianâ; mitiora quàm in tertianâ. Accessio quàm in cæteris intermittentibus lon-

gior, hancq; sudor finit, quàm in quotidianâ vberior.

Pulsus accessionis initio multò, quàm naturalis languidior minor, tardior, ac rarior: posteà verò validus magnus, frequens, ac celer, & quàm in cæteris febribus inæqualior.

Vrina primis ferè diebus tenuis, alba, aquosaque: posteà verò & substantiâ, & colore, & contentis, sæpè mutabilis, quòd eius materia plerúmque varia sit, eiusque modò minimum, modò plurimùm penetret in venas. Vix tota febris, nisi ex errore, vltra annũ prorogatur, soluitur, sæpè mensibus sex, interdum tribus.

Curatio quartanæ febris ex Holl. lib. 2. de morbis internis cap. de febre quartana.

Cùm quartanâ clementer

agẽdum est initio, néque medicamentis catharticis natura irritanda: Medicamenta quóque incidentia, & (vt vocant) digerentia media sint. Nam quicúnque initio non solùm catharticis, sed etiam fortiùs incidentibus, & digerentibus vtuntur, ex simplici quartanâ duplicem omninò maiorem, & difficiliorem, ex duplici triplicem; vel omninò ambas maiores, difficilioréſque reddiderunt. Nonnunquam intempestiuo vsu remediorum cõtinua fit, quę ægros occidit. Tempora igitur huius febris diligẽter animaduertẽda sunt. Néque vrina sola, sed omnia accidentia consideranda sunt. Paroxysmi inter se comparandi, videndúmque an grauiora, an minora accidentia superueniant.

Verùm quòd ad pharmaca attinet, non perpetuò expectanda sunt manifesta signa coctionis. Aliquando enim multa materia est corporibus neruosis impacta, sequiturque paralysis, cuius si qua ostenduntur signa, etiamsi manifesta coctio non apparet, minoribus remediis vtendum est. Neque leuioribus pharmacis, & clysteribus interdictũ est. Verũ vt primę venę leuiter repurgentur exhibebitur cassiæ fistulæ ℥ß, æstate in sero caprino dissoluta: hyeme verò in hoc decocto.

℞. passul. p. 1. foliorum sennæ ʒj. Cinamomi, & seminis anisi añ. ℈ß. fiat decoctio pro vna dosi, in quâ dissolue vel cassiæ vel catholici ℥ß. alioqui ex iusculo galli vel capi altera-

to: cum multâ boragine, buglosso, apio hortensi, lactucâ, scariola, infundimus, & cũ noduloincoquimus ʒij. foliorum sennæ, & iusculũ colatum sorbẽdum exhibemus: vel eadem folia liquidiore iure pisorum, aut cicerum rubrorum inco-quimus, butyrum & modicum salis adiicimus, cinamomi etiam puluisculum, & ita damus. Eadem folia in puluerem reducta pondere ʒij. inspergimus decocti absynthij. ℥iij. frequens vsus veteribus fuit epithymi: Nunc folia sennæ plurimùm vsurpantur. Iam apparentibus signis coctionis vtimur agarico, puluere hyerę puræ hi diac. quib⁹ folia sennæ trita cõmiscemus. Veteres etiã elleboro, quidam lapide armeno, & lazuli, fortioribúsq;

catharticis, quę ex cap. de melancholia repetẽda sunt. quòd ad digerentia attinet conueniunt syrupi capill. veneris, de lupulis, scolopendrio, adiantho, violatus, de pomis, de fumo terræ, oxymel simplex.

Deinde etiam apparentibus signis coctionis, oxymel diureticũ, syrup. de bizãtiis, syrup. de epithymo, Saboris, oximel scilliticum, alioqui melicrata ex absynthio, Eupatorio, chamædri, scolopendrio, radice capparis, fœniculi, petroselini, rusci, genistæ, fraxinij, polypodij, tormentillæ, tamarisci, glycyrrhizæ, & similiũ. Aut ex his syrupos, apozemata comparamus, feréque passul. borag, cuscutam, scariolam, cichorium, quatuor semina frigida maiora, sem. anisi, fœni-

culi, carui, ſeminis portulacæ, coriandri commiſcemus. Mel item paſſularum priùs deſcriptum, aliquid aceti, decoctum limacum, ranarum viridium, ſuccum pomorum odoriferorum, ex quo etiam ſyrupus cõcinnatur.

Sed in his omnibus diiudicandum: initio enim leuiora conueniunt, vbi néque fortiter calefaciendum, néque refrigerandum eſt: Eligendáque ſunt, quæ vel temperata, vel proxima temperatis ſunt. Vſus calidorũ, cùm iam viget morbus, & apparent ſigna coctionis manifeſta, vt ſudores, & vrinas moueant.

Quòd ad phlebotomiam attinet, ſiquidem corpus ſanguine craſſo abundat, & redundat, ſi gracile corpus eſt, ſi

venæ turgidæ, ſi ſuppreſſa aliqua ſolennis purgatio, vena ſecanda eſt, ſatis amplo foramine facto.

Atque vbi niger & craſſus ſanguis effluit, pro ratione virium & multitudine ſanguinis deplendũ eſt. Si tenuis, & flauus, ſtatim claudẽda vena eſt, feréque aperitur baſilica ſiniſtri brachij, vel ſaluatella, ſiue ſplenica vena, inter annularem, & auricularem ſita, ſiquidem viribus metuimus. Atque aliquando periculi gratiâ, vt qualis ſit ſanguis, cognoſcamus, vena inciditur.

Suppreſſa purgatio ſuo modo incitãda eſt. Eſt & in quartanâ thermarũ & balnei vſus. A balneis (inquit Gal. lib. 1. ad Glauc.) penitus arcendi non ſunt, à quibus ſi omninò ab-

ſtineant, ſolis contenti frictionib' plurimùm iuuari poſſunt. Galen. videtur omninò reiicere, niſi conſuetudini aliquid concederet. Hippocrates, & Arabes recentioréſque practici hoc modo vtuntur: ante ſigna coctionis dulcia quidem balnea, leuiter calfacientes thermas, vt breuis mora ſit permittũt. Idque antè cibum, obſtructionis metu, extráque paroxyſmum, vt die acceſſionem præcedente, apparentibus verò manifeſtis ſignis coctionis fortiora balnea & ſtuphas permittunt, eadémque frequentiora. Quorum iſta ratio eſto: Nam in quartanâ per initia quidem, omnis motus corporis, & animi, q̃ quidẽ vehemens ſit, vitandus eſt. Poſteà verò is conuenit ſiue fiat

per pharmaca, siue per potiones, & alia quæuis remedia. Debent autem & thermæ, & balnea ex dictâ materiâ comparari, gratiâ exempli, chamæmelum, melilotum, anethum, herba fœniculi, postea etiam calamentum, melissóphylum, pulegium, stæchas, origanum: coquantur aquâ vnde lauacra fiant, & vapor thermarum excitetur.

Iam apparentibus signis co-ctionis, à thermis, & balneo tempestiuus vsus est Theriacę. Quartanarios (inquit Galenus) multos sæpe hoc ordine curari: eo die, qui accessionem præcedit, vomitum à cœna commoui; postridie mane cremorem absynthij exhibui, tùm duabus horis ante accessionem, theriacam dedi, idque tam

tam feliciter cessit, vt posteà non redierit accessio. Hoc modò igitur ex Galeno, Arabibus, & recentioribus Medicis in quartanâ te habebis. Vbi iam apparent signa coctionis manifesta, pridie accessionis ex decocto seminis atriplicis, vel raphani ad ℥v. vel vj. datâ aquâ, vel ptisanâ tepidâ digito immisso in gulam, pennâ illita oleo vomitũ à cœna commouebis. Stomachum oleo absynthij inunges, somnum in noctem procurabis mane.

℞. Summitatum absynthij m. ß. fiat decoctio in aquâ ad ℥iij. colatura detur, quæ modico cinamomi condiri potest: ex quo duabus horis ante accessionem.

℞. theriacæ bonæ & antiq. ʒj. vel ℈ij. diss. in vino albo

tenui ad ℥iij. in quo calido chamædreos pugillus maduerit: alij etiam initio paroxyſmi eundem potũ imperant: hócque meminiſſe oportet, eum diem qui pręcedit paroxyſmũ commodiſſimum eſſe & pharmacis, & aliis remediis.

Alia quóque antidota interuallis ſunt danda, multò magis vbi manifeſta ſigna coctionis apparent.

Pluribus vſus theriacæ, mythridatij, aureæ alexandrinæ doſis à ʒj. ad ʒij. ex vino, decoctione chamædreos, aqua liguſtici (quæ ad ſtomachi inflationes præcipuè valet) cuſcutæ, ſcolopendrij, fumariæ, lupulorum, capill. vene. Valerianæ, calamenti, & rerum ſimilium. Probatum quóque & hoc.

℞. Cinamomi ℥ij. piperis ℥j, croci, myrrhæ, ſtyracis, ſagapeni añ. ℥ß. benzoini ℥iij. rad. gentianæ ℥ij. excipiantur melle. Doſis ℥ß. aut ℈ij. ex aquâ calidâ. Eadem doſis caſtorei, vel bituminis Iudayci. Dentur autem duabus horis ante paroxyſmum. Lotus & illitiones non ſolũ ſtomachi, ſed & viſcerũ, lienis, præſertim, primum quidẽ ex iis q̃ remolliũt, & relaxãt: deinde additis quæ flatus diſcutiunt, & aperiunt. Conuenit oleum chamæmelinum, aneth. abſynthij addun-tur & ſemina apij, ruthæ, Cumini.

Solemne fuit veteribus medicis, obſeruatum quóque recentioribus, vt præter ſupra dicta remedia, quæ antè paroxiſmum deſcripta ſunt, ſpi-

nam, ſcapulas, brachia quóqueinungerent, imminētefebre. Cui rei conueniunt oleū chamamęlinum, de cucumere agreſti, oleum in quo roſmarinus coxerit, & ea quæ in paralyſi dicta ſunt ſic enim præcidi tur cauſa paralyſeos, quæ aliquando quartanariis accidit, ob craſſos humores neruis impactos. Deinde rigor anteuertitur. Probatum hoc limentum.

℞. ſucci ruthæ ℥ij. olei ſcorpionum ℥iiij. vini maluatici ℥iij feruefiāt ad ſucci conſumptionem, & addito ceræ momento fiat limentum.

Aliud.

℞. Cinamomi, piperis an. ʒij. terantur tenuiſſimè & miſceantur: & poſtquàm ſpinam oleo chamemæli inūxeris, pul

uerē in ſpergito : ſequentibus paroxyſmis idem & in ſcapulis & brachiis facito.

Poſt hæc autem, quæ fieri debent imminente paroxyſmo, molli lecto ægrum repo-nito, benè contegito, lateres calidos perfuſos vino tenui odorifero, & linteolis conuolutos plantis pedum & volis manuum, admoueto, vel aliter cōtra frigus munito. Iàm vigente morbo vrinæ, & ſudores moueantur. Cui rei melicratum è chalamento mulſa, in quâ anethum, rutha, & ſimilia coxerint: gajaci decoctum conuenit.

De vomitu ſic habeto. Qui iſagogem ſeu Medicum ſcripſit, initio paroxyſmi extrema calfacit, in remiſſione vomitū prouocat. Græci à coena vo-

mitum ferè imperant.

Auicēnas antè cibum, post cibum, horâ ante paroxyſmū, initio paroxyſmi. Practici recētiores initio vomitum prouocant, & antè paroxyſmum. Commodiſſima hora eſt commotâ materiâ & facilè ſequenti. Id fit initio, & remiſſione paroxyſmi: fit etiam iam coenatis.

In clyſteribus eadem ratio ſeruari debet, quæ in pharmacis. Primùm enim ex remollitius vocatis, adiecto furfurum cremore, prunorum & paſſul. decocto. Poſteà verò vbi materia cœpit concoqui paulò acriores clyſteres conficimus: diſſoluimus autem initio quidèm caſſiam fiſtulam. deníque etiam cum materiâ decoctionis epithymum, folia

ſennæ incoquimus ad ℥ij. vel iij. hyeram picram diſſoluimus ad ℥ß. vel Galeni, quæ leuior, vel Oribaſij, quæ acrior, cuius hæc eſt deſcriptio.

℞. Aloes ℥ij. & Gr. vj. ſpicæ nardi, aſari: maſtichis, croci, xylobalſami añ. gr. 9. corticis radicis ellebori nigri ℈ß. terantur omnia, incorporentur ex decocto pulegij, vel ſucco abſynthij, alioqui melle vt gratiora ſint. Diſſol. autem huius picræ melle incorporatæ ℥ij. vel ℥ß. quâ & vti licet iam progreſſo morbo ad ʒj. ℈iiij. ſi inde formentur pilulæ.

Alioqui imperabis pulu. hyeræ picræ ʒj. pul. ſennæ ʒß. incorporabis ex ſucco abſinth. in quo ℈ß. corticis radicis ellebori nigri madefeceris.

Quòd ad victum attinet con-

uenit initio è materiâ mediâ, interuallis quóq; ab initio ad vigorem rebus acribus, vt sinapi, & pipere, & salsamentis vti licet.

Quamquàm & post vigorem tempestiuus vsus est. Similiter diatriũ pipereon, diaspoliticũ ad ʒij. ex ℥iiij vini vel maluatici, vel tenuis & odoriferi, idq; ante paroxysmum. id autem fiet commodè, vel tertio, vel quarto quóque die. Salsamentis veterum ferè caremus, néque, vt salsamenta Græcis & Arabibus permittuntur, quibúsuis rebus sale conditis, vtendum est. Non enim bubulâ aut suilla, non iethiocola seu molluta, in summâ iis quæ crassum sanguinem gignunt, quæ minimum siccant, quæ viscidam materiam relinquũt,

vti oportet. Nam ideò ſalſamenta imperantur, quia ſal incidit, attenuat, diſcutit excrementa, ſiccat, virtuem colligit, & roborat.

Vitanda ſunt quę refrigerãt, & ſiccant, niſi temperentur aliquo quòd humectet. Siccant capillares & refrigerant, ſcolopendrium, & alia, quibus hic vtimur. ſed aliis, vt ſaccharo, & aquâ corrigantur. Refrigerantia verò & humectantia prohibet ex Græcis Aëtius.

Auicennas permittit iuſto modo, vt ſcilicet, facilis ſint coctionis, boni chymi, quantitate modicâ, & ſi quidem nihil metuimus, ne inde vis concoctrix ventriculi offendatur, túmque corrigenda ſunt. Numerat lactucas, Endiuiam,

melones, persica. Meliùs fuerit vti persicis cōditis, cerasis, & eiusmodi fructibus æstiuis, qui saccharo condiri solent, & ita seruari: alioqui persica coquuntur si recentia sunt, nec condita. Cerasa duobus vasis conclusa cum modico vino macerantur. Saccharū inspergitur: ita prodesse possunt, nec nocent. Vino quóque contra errorem multorum persica infundi possunt, nam hoc à vino accipiunt, quòd & inde frigiditate temperantur, nec facilè corrumpuntur.

Lactuca, & endiuia leuiter feruefiant ad acetariam parandam. Saccharum inspergatur. Probātur conseruæ violarum, rosarum & boraginis. Sed perpetuò distinctio adhibēda est, vt in vsu horum omnium re-

mediorum rationem ineamus naturæ, materiæ ægri, coeli, regionis, & reliquorum eiusmodi.

De Compositis febribus ex Fernel. cap. 15. lib. 4. patho.

Simplex & exquisita febris ex vnius simplicisque humoris corruptione proficiscitur, & eius omnes causæ, omniáq; signa, nempe natura, ætas, victus ratio, regio, anni tempus, & status cæli, omnia denique symptomata in vnius eiusdem que humoris dominium conspirant. Composita autem febris bifariam dicitur, vel quòd ex multis confusis, vel quòd ex implicitis constet. Confusę sunt, quæ ita permiscentur, vt simul incipiant, simúlque desinant. Fiunt autem ex diuersis humoribus eodem loco per-

mistis, atque confusis, paritérque putrescentibus. Nulla seorsum internosci potest, néq; vlla simplex ac pura elucet, sed sunt earum signa confusa. Hæ sunt quas suprà febres nothas appellauimus. Quum par est confusarum modus, vix vllum potest, definitum genus signari: quùm verò impar, confusa febris eius quæ plus pollet potiórque est, genus noménque sortitur. Quæ plus bilis putrescentis quàm cęterorum humorum nacta fuerit, tertiana appellabitur, sed notha ac illegitima: & quotidiana notha in quâ non syncera pituita, sed alterius quippiam humoris vnà putrescet. Quartana notha in quâ melancholia aliis etiam humoribus perfundetur. Implicitæ febres sunt,

quæ diuersis horis incipiunt, diuersisque desinunt. harum vnáquæque seorsum consistit, propriámq; essentiam habet, tametsi accessionũ partes quędam in tempus idem concurrunt. Fiunt hæ ex diuersis humoribus non eodem loco positis, sed quorum sua sit cuiusq; sedes, sua essentia, suúsque motus: harũ vnamquámque tanquam seorsim atque solitaria consisteret, minimè arduum fuerit propriis signis internoscere. Cõtinua cùm continuè duntaxat confunditur, non autem implicatur, & absurdũ est quòd scribit Auicennas, vnius continuæ putredinem ex vno loco, alterius ex altero effundi: nam reuera in vtráque humores in venis putrescunt maioribus, in hisque agi-

tati permiſcentur. At intermittens tum cum altera intermittente, tum cum continuis implicari ſolet. Quùm itáque tres ſint omnes ſimplices intermittentium differentiæ, Quotidiana, tertiana, & quartana, harum vnaquęque cum alterâ, vel eiuſdem vel diuerſi generis implicari poteſt, ex ſimilium generũ implexu hæ fiũt. Duplex quotidiana, cùm in dies acceſſiones duæ typis definitæ contingunt, quòd admodum inſolens eſt. Duplex tertiana frequens obtingit, cuius acceſſiones quotidie fiunt, ſed nec pares, nec iiſdem horis: ferè enim quæ diebus imparibus fiunt acceſſiones, ſimiles inter ſe ſunt, atq; iis diſſimiles quæ in dies pares incidunt. Duplex tertiana à ſim-

plici ferè initium habet, cui dein accedit & altera,&implicitarũ vna prior terminari solet altera manente.

Non minùs frequens est duplex atq; etiã triplex quartana: illa duobus dieb⁹ exercet, vno intermittit: hæc quotidie accessiones habet, eásque rarò pares. Vtráque solet è simplici nasci, cui dein altera, posteà verò & tertia ad illas se applicat. Has omnes à quotidianâ typus distinguit, quòd sint quotidianæ similes inter se accessiones: harum verò dissimiles. Et licet similes fortè contingant ex mouendi tamen impetu & ex commemoratis signis internosci possunt.

De Tertiana ex Fernel cap. 13. lib. 4. Pathol.

Tertiana notha aliàs ex vitellinâ bile in ventriculo putrescente, ac inhęrēte firmiùs, aliàs ex permistione bilis, atq; pituitæ gigni solet. Atque hæc non omnes bilis, sed quasdam etiam pituitę causas habet euidentes.

Accessiones nullo anticipationis cūctationísue certo ordine recurrunt, néque si statæ sunt, exquisita propterea debet illa censeri: non enim ex circuitu solo, febris essentia spectatur; rigor minùs quidem vehemens, sed diuturnior, calor minùs pungens, minúsque vehemens, qui nō inæquabilis omne corpus inuadit, non absimilis igni ex mistis virētibus, siccísque lignis succenso. Ardoris symptomata omnia mitiora, quòd bilis furorē pituita

reſtinguat : hinc etiam pauco, nec admodum calido ſudore inclinat. Acceſſio vltra horas duodecim multùm exporrigitur, quantóque longior fuerit, tantò impurior: numquam ſeptem, rarò quatuordecim circuitibus iudicatur : ſæpe verò longiùs excurrit.

Curatio tertianæ nothæ ex Holl. lib. 2. de morb. inter. cap. de tert. Notha.

Clyſteribus primùm non ita mollibus vtẽdum eſt, deinde leui pharmaco, vnde primę venæ repurgentur. Poſteà cõſentientibus numeris, phlebotomia è baſilica dextra. Auicennas poſt tertium vel quartum paroxyſmum, venã aperit dextram æſtate, hyeme ſiniſtram.

Victus aliàs parcior, aliàs plenior vt breuitas vel longitudo febris expectatur: Nam in longis pleniùs nutrimus; in celeribus parciùs. Victus sit incidens, & abstergens, coctu facilis. Vrinæ sudores paulò calidioribus quàm in tertianâ moueantur. Iam apparentibus signis coctionis, Gal. hordeatis aliquid piperis adiecit, Amygdalino lacti aliquot amygdala amara commiscere licet, alioqui amygdala dissoluẽ in decocto rhei, quæ incidat&, detergeat. Græci mulsa vtebantur, in quâ hyssopus ferbuisset, aut aliquid tale, quòd videlicet sine insigni calfactione, & exsiccatione vrinas ducat, qualia sunt spica celtica, cinamomum, radices apij hortensis,

ſemina anethi, fœniculi, comæ abſynthij, ſed quæ, cùm adſtringant, non tam ad mouendas vrinas, & ſudores, quàm ad ventriculi robur, & bilioſi humoris euacuationẽ faciunt. Oxymel quóq; conuenit conditũ aliquo aromate vt ſpicâ, vel cinamomo, puluis hyſſopi, menthæ, calamenthi, ſtæchade.

Potiones autem dilues, magis aut minùs pro ratione febris, materiæ, quæ febrem facit, temperamenti, ætatis, temporis, & ſimilium. Iam ferè paratur hydroſacchar. ex lib. I. aquæ coctæ colat. per manicam hippocr. cum ℥iij. ſachari & ʒß. cinamomi, vel ʒj. Veteres loco hydroſacharæ mulſa vtebantnr. Nunc verò in frigidiore conditione, loco ſa-

chari; melle albo vti licet, vel partim saccharo, partim melle albo. Vbi iam apparuerint signa coctionis, molliter subducenda aluus est, ex iis, quæ postea dicentur.

Non omittendũ quòd Hippocrates primùm, deinde Galenus, & Auicennas annotauerant, vomitum à cibo tam efficacem esse in hac febre, antecedentem morbi causam vacuando, vt hoc vno remedio permulti conualuerint.

Historia est apud Hippocr. de vxore Theotimi, quam mulso succo granatorum percurauit, inde vomitu citato. Licebit itáque vti oxysaccharâ tepidâ, vel oxymelite simplici, cum aquâ tepidâ, in quâ sex rotulæ raphani coxerit, statim à cænâ. Alioqui

℞. hydromel. ℥ij. decocti hyſſopi ℥ijß. detur tepidum à cœnâ.

Noſtra ætas non feret tenuem victum, quem veteres, tantùm tertio quóque die ægrum nutrientes, præſcripſerunt. Nutriemus itáque, vt ſemel in die comedant, remiſſionis vel intermiſſionis tempore. Vino tenui vti licet extra acceſſiones. Pullus iam ſatis adultus in aquâ coctus, cũ boragine, cerephyllo, oxalide, petroſelino, hyſſopi modico: Coques autem ad putrilaginem, & ſi vis, iuſculo ſacchari aliquid iniicies, vt oui vitellum omphacino diſſolutũ. Hordeato, & lacte amydalino vteris; ſed benè conditis ſaccharo, vel melle albo: ptiſanâ vulgari, in quâ anethi coma,

aut aliquid ſeminis eius, apij fœniculi, ſpicæ, cinamomi, piperis maduerit vti oportet: aut in eâ octauam partem ſacchari, vel mellis albi liquefacies. Poterit imperare hanc ptiſanam.

℞. hordei mundati quart. i. hyſſopi, glycyrrhiſæ mũdatæ, añ. ℥ß. Iniubarum, paſſularum mundatarum, cicerum rubrorum añ. ℥j. fiat decoctio in aquâ puriſſimâ ad lib. ij. Colatura transfundatur per manicam hippocratis cum ℥iiij. ſacchari fiat ptiſana clarificata, & aromatizata cum ℈ij. cinamomi; vel mulſa, vel hydroſacha. parabitur ex aquâ, in quâ pugillus ſpicæ celticæ, aut ſtæchados efferbuerit.

Materia clyſterum, quibus interuallis vtendum eſt, fur-

fures, hordeum, chamæmeli, Melilo. absynt. anethi coma, beta, scariola, ficus pingues, additâ etiam lactucâ, portulacâ, acetosa, si refrigerandi cõsilium est.

Quòd si aluus sit durior, addenda sunt remollientia. In decocto ad lib. 1. olei communis, aut chamæm. ℥iiij. mellis communis ℥ij. dissolues. Nonnunquam etiam vel Cathol. ʒvj. vel diaphœn. aut Benedictæ ℥ß. Suppositoria acuantur, cum ℈ij. hyeræ picræ, & ℈j. salis gemmæ. Purgationes conueniunt ex Rhabarb. mixtâ parte agari. trochiscati, vtriúsque ℈ij. Catholici ʒvj. incorporentur. Alioqui pauperibus imperabis ʒvj. Cathol. ʒij. diaphœnici cum hydromelite vel diaphœni. ʒij. agar.

ʒj. cum hydromel.

Quòd si ab infirmitate ventriculi metuatur.

℞. pulu. hieræ picræ recentis, rhabarb. electi torrefacti, & subtiliter puluerati añ. ℈ij. incorporentur ʒiij terebinthinæ fiant boli cooperti auro, vel nebulis, vt faciliùs transglutiantur. Laudantur pilulæ de Rhabarb. maximè autumno, de Eupatorio.

℞. Aloes, Rhabarb. myrobol. citrinorum, succi agrimoniæ añ. ʒß. vniantur cum succo Endiuiæ, aut fœniculi. Laudatur trifera Sarracenica sine scammonio. Syrupi imperandi oxymel simplex, oxysaccharum, syrupus acetosus, de scolopen. capillorum veneris, dilutum cuscutæ, cichorij, absynthij, cicerũ rubrorum, sed

diluta saccharo, & tantillo Cinamomi condienda sunt: maximè probatur syrupus de Cichorio cōpositus, qui etiam Catholicus est, & ad omnes humores valens, datur ad ℥ij. Nonnumquam quia metuitur ne degeneret in quartanam, imperamus dessicandis humoribus & aperiendo, quale hoc est.

℞. summitatum lupuli, cicho. añ. m. ß. rad. apij. petros. grami. añ. ℥ß. sem. melonum, cuscutæ, anisi añ. ʒiß. glycirrhizæ razæ ʒj. fiat decoctio ad lib. ß. pro dosibus duabus. In colat. diss. syrup. de bizantiis & capilli veneris añ. ℥iß. fiat apozema clarificatum, & aromatisatum cum tantillo cinamomi, vel puluere diarrhodi abbatis, vel triasantali.

Aliud.

℞. rad. petrosel. acetos. grami. añ. ℥ß. seminis anisi & fœnicu. torrefacti; liquiritiæ añ. ʒiß. summitatum lupuli, fumariæ, cichorij cum toto añ. p. 1. trium florum cord. añ. p. ß. fiat decoctum ad lib. ß. in colatura dissol. capill. veneris ℥ij oxy melitis simpl. ℥j. fiat apozema, vt priùs pro duabus dosibus, tempestiuus vsus erit tempore remissionis febris. ab his verò cathartica imperanda sunt, quale hoc est.

℞. Pass. mundat. hordei integri añ. ℥ß. cinam. Santali citrini añ. ʒj. Violarum p. j. fiat decoctio pro vna dosi, in quâ infunde Rhabarbari electi ʒij. expressioni colatæ adde syrupi de Cichorio simplici ℥j. fiat dosis.

Aliud.

℞. hordei integri p. 1. summitatũ lupuli, & absynthij, Cichorij, Eupato rij añ. p.ß. seminis melonum, & Cucumer. añ. ʒß. Stechados arabic. ʒj. foliculo. sennæ mundatorum ʒiij. fiat decoctio ad ℥iiij. In colat. infunde Rhabarb. electi ℈iiij. agarici trochisc. ʒß. expressioni adde sacchari albiss. ℥ß. vel, vt purget efficacius syrup. laxat. ros. pallidarum ℥j. Santali citrini & cinamomi añ. ℈j. Probatur inunctio hypochondriorum ex oleo de cydoniis, de absynthio, chamæmelino, anethino, & aliis quæ stomachum corroborant. Balneum quóque probatum antiquis post signa coctionis. Sed iam vsus exoleuit, & perit industria parãdi, quæ suspectum

auxilium reddunt.

De semitertiana febre ex Fernel. cap. 15. lib. 4. Pathol.

Semitertiana febris, constat ex tertianâ intermittente & ex quotidianâ continuâ: vnóque die accessiones duas habet, altero vnicam. Si pares ambo sunt humores, exquisita fit semitertiana: Si verò bilis exuperat, ardentior fit & tertianæ magis affinis: Si pituita, mitior magísq; quotidianę particeps. Quotidiana intermittens, si quando tertianæ continuæ iungatur atque implicetur, semitertianam quóque efficiet, cámque exquisitam & nunc dictæ persimilem, si humores ipsi æquales concurrant: non exquisitam verò, exuperante eorum alterutro,

Curatio febris semitertianæ ex Holl. cap. de Semitertiana lib. 1. de morb. internis.

Eadem ferè curatio quę tertianæ nothæ, nisi quòd in semitertianâ maior pituitæ ratio habenda est. Itáque descriptâ curatione quotidianæ, & repetitâ, quæ in tertianâ dicta est, semitertianæ curatio fiet manifesta.

De febre Epiala ex Fernel. cap. 12. lib. 4. Pathol.

Epiala febris est, cùm in quauis corporis particulâ eodem tempore calor frigúsque percipitur, & vnaquæque corporis pars rigore febréque iactatur. Huius causa putatur acida, vitreáque pituita leuiter putrescens, & cuius portio incensa iam est. Altera verò nec dum putredinem experitur.

Eos autẽ qui in dignotionem febrium diligentius incũbunt, hoc in primis loco moneri velim, & cõtinuas (quæ biduum tridúumue quandóque occupant) & intermittentes omnis generis variè admodũ inuadere. Sæpè quidem in horrore, atq; rigore tũ interiora, tum externa ſummè frigent. At nonnunquam interiora frigore perhorreſcunt, aut rigẽt, cùm tamen partibus externis non frigus, ſed calor vnus æquabiliſque deprehenditur. Nonnunquam partes ſummę, externęque frigent, interiores verò vruntur ac ſitiunt, potũque in horrore cõtinenter expoſtulant. Tantæ autem varietatis cauſa, non ad vitream acidamuè pituitam reuocãda eſt, ſed eo ſanè quòd impulſa fe-

bris materia, dum præcordia feriens horrorem parit, partium externarũ calorem aliàs reuocat intrò, aliàs non reuocat: aliàs quóque horroris materia acris salsaue non paruam sitim infert.

Curatio febris Epialæ ex Holl. lib. 2. de morb. intern. cap. de febre Epiala.

Hic abstinendum phlebotomiâ: medicamẽtis incidentibus, & calfacientibus vtendum est, vt hyssopi, calamenti, origani, thymi, stæchados, melicratis, quibus quarta pars vini poterit commisceri; alioqui syrupis vtimur in curatione quotidianæ descriptis, initio facto à leuioribus; vt syrupo acetoso; oximelite, ad fortiores, vt oxymel compositum, scilliticum & similes.

Iam incisa, & concalfactâ ex parte materiâ, vtendũ erit medicamento ex puluere hieræ picræ Gal. pulu. hieræ diacolo. añ. ʒß. videndúmq; erit, vt recentes sint, & electæ species, ex quibus pulueres componuntur. Post purgationem redeundum est ad incidentia medicamenta & alimenta atque interuallis, glandibus & clysteribus acrioribus vtendum, in quibus pulueres proximè dicti dissoluuntur ad ℥ß. Probant thermas siccas, vbi iam se produnt signa coctionis. Meliores thermæ, si ex rebus incidentibus, & calfacientibus comparentur. Itáque calamenthum, mentam, origanum, rosmarinum, thymũ, satureiam, stœchada, & alia eiusmodi; quatuor partibus

aquæ, (& vnâ vini albi; in fine decoctionis positi) incoquemus, atque inde pro ratione virium, thermas comparabimus. Valent statim à thermis diatrium pipereon, diacalamynthes, aurea Alexandrina, Dianthos, & similia data ex vino tenui Dosis ʒj.

Poterit quóque his vti tempore matutino. Sed optimum fuerit statim à thermis fricari corpus, sed spinam maximè: Deinde inungi oleis suprà numeratis cap. de quotidianâ, aut iis, quæ cap. de paralysi scripta sunt. Post hæc reponatur in molli lecto, & sumpto diatriumpipereo, vel simili, conquiescat.

Vitæ ratio eadē quæ in quotidianâ, sed attenuet magis, & incidat.

De febre Lipyria ex Holl. lib.2. de morb. inter. cap. de febre Lipiria.

Quæ sit hæc, non satis conuenit. Gal. libel. de inæquali intemperie cap.ij. in eo genere reponit, in quo propter magnitudinem internæ inflãmationis, & malignum humorem interna ardent, externa refrigerantur. Id quòd in medij corporis inflãmationibus contingit: Nam internus calor instar cucurbitulæ calorem externarum partium intrò attrahit. Aëtius lipyriam putat, quę sequitur Erisypelas ventriculi.

Arabes pituitam crassam & viscidam, aut eiusmodi bilem collectam in primis venis, & calorem vnà cum vaporibus suffocantem, ne videlicet, calor dispergatur in corpus, caussam faciunt huius febris. Alia

quóque parùm verisimilia de hac febre prodiderunt.

Curatio ex eodem Holl.

Lipyria Græcorum primùm quidem phlebotomiâ, deinde refrigerantium vsu, vt lactucæ ex aceto diluto, ac iam vigente morbo, largo haustu frigidæ aquæ curari debet.

Cataplasmata ex hordeaceâ farinâ subactâ, cum succo semperuiui, & similiũ hypochondriis applicentur, subinde cõmutentur.

Arabes syrupo acetoso, oxymelite materiam crassam incidunt, posteà etiam oxymelite diuretico, sed perpetuò incidentibus aliquid admiscent, quod stomachum roboret, vt syrupum rosatum, de agresta. Quòd perpetuum est in febribus phlegmaticis, vt cùm

incidimus, ſtomacho etiam conſulamus. Deinde purgant.

Purgatio ex Aloë, hierâ, Rhabarbaro. Interim incidũt, vomitum cient, cliſteres acres imperant, vtuntur attenuante victu, eo modo ſtuphis & ſudoribus vtũtur, deinde etiam antidotis, quomodo in Epialâ dictum eſt.

De febre peſtilenti ex lib. Iul. Palmari de peſte cap. 1.

Λοιμὸς ſeu λοιμώδης πυρετὸς Græcis, peſtilentia ſeu peſtis Latinis, febris eſt peracuta, cõtagioſa, venenata, populariter graſſans, multos perimens, bubone & carbunculo, aut exanthematis comitata. Peſtis quidem febris dicitur, propterea quòd calor eſt præter naturam, in corde accenſus, iſq; venenatus, qui celeri, frequẽti,

& inæquali pulſu ſe prodit;niſi fortè deuicta natura ipſo morbi initio ſuccũbat. Tum quippe aliquando rarus, paruus, & languidus, ſemper tamen inæqualis, & inordinatus pulſus depreheñditur.

Quanquam autem hippocr. ſentẽtiâ duo ſunt febrium genera, quorum alterum commune omnibus, peſtis appellatur: alterum propter malam victus rationem, priuatim his contingit,qui eâ vtuntur:quoniam tamen febres verè peſtilentes non vt reliquæ vehementi caloris incendio, ſed venenata pernicie,idque citra magnum & vehementem pulſum maximè vrgẽt, & afficiũt, idcirco nonnullis viſum eſt, quoſdã in peſte penit⁹ ſine febre eſſe, aut febre admodũ ob-

ſcurâ detineri: quum tamen reapſe febricitẽt omnes: etiãſi cõplures priùs intereãt, quàm venenatus calor cordi inſidẽs, in vniuerſas corporis partes fuerit effuſus: quia ſcilicet priùs vitale corporis robur infrin-git, quàm manifeſta ſui ſymptomata exhibeat.

Peſtem igitur febrem eſſe in confeſſo eſt, peracutam verò eſſe, rei euentus comprobat. Sæpe enim primo ſtatim aut ſecũdo die iugulat, ſeptimum, ſi ſimplex & legitima exiſtit, vix vnquam pretergreſſa. Quũ verò putridæ cõſtitutioni im-plicatur, etſi non ita præceps eſſe ſolet, vix tamen decimum quartum diem ſuperat. Popu-laris dicitur, quòd multis com munis, populariter in obuios quóſque nullo delectu ſæuiat.

Contagiosa, quòd eius virus ab vno in alterum permeet.

Maligna, quòd morborum omnium, qui vel ab intemperie, vel obstructione, vel simplici humorum putredine cõtrahuntur, naturam & perniciem superet, quódque eorum remedia omnia contemnat, iis duntaxat cedens, quæ veteres, quia venenis resistunt & aduersantur, alexipharmaca seu antidota dixerunt.

Veræ & legitimæ pestis pathognomonica signa ex lib. palm. de peste cap. 8.

Vis pestifera quodcúnque corpus occupet, propria semper edit signa, & peculiaris suę malignitatis notas profert, quibus se prodat: at præter has quum in corpus irruit, spiriti-

bus & humoribus ad putredinem excipiendam paratis refertum, alia multa ſymptomata infert, aliis ex putredine morbis communia, quæ illius propria ſigna obſcurant, cognitionémque interturbant.

Quoniam igitur nullius febris curatio rectè inſtitui poteſt, antequam ſimplex ne ea ſit, an diuinum quiddam habeat perſpectum ſit, præſtat peculiaria veræ & legitimæ peſtis ſigna ſeorſum tradere, quibus illam ab ardente, aut aliâ quauis putridâ febre exercitatus medicus nullâ cunctatione diſtinguat. Peſtilentiæ cauſam vnà cum ſpiritu hauſtam per pulmones rectà cor appetere, primúmque in ipſam vitæ arcem & propriam caloris inſiti ac vitalis ſpiritus,

ſcaturiginem impetum facere, medicis omnibus receptum eſt. Cõſtat & illud quũ primũ cor venenata aëris inſpirati labe perculſum eſt, omnes vires ſuas colligere, quo ſe ab infenſiſſimo hoſte vindicet atque tueatur. Hoc igitur ſi præparatum eſt, venenóque excipiendo opportunum, néque ſatis obſiſtere poteſt, & perniciem propellere, ſtatim contaminari afficiq́ue neceſſe eſt, nec multò poteſt arteriarum ſpiritus, poſtremò humores, vniuerſúmq; corpus peſtilenti labe pollui.

In hoc conflictu pulſus qui certiſſimus eſſe ſolet, affectionum cordis nũcius, nunc obſcurus, frequens, & intercidẽs, quum venenum cor cõculcat ac comprimit, nunc plenior &

firmior citra tantam imbecillitatem, quum cordis robur alimento aut medicamento cardiaco vegetius factum, in venenum insurgit, illúdque superare & propellere nititur. Sic affecto oblæsóque corde membrorum validissimo ac nobilissimo, vires omnes corporis, sed præcipuè vitales statim infringuntur & elanguescunt: vnde arteriarum pulsatio multo quàm in aliis febrib⁹ exilior & imbecillior, magísque inæqualis atq; inordinata comparet, non tamen semper, vt in aliis febribus frequentior, & celerior. Magna igitur pulsationis arteriarum inæqualitas, cum ipsius imbecillitate atque reliquarum virium infirmitate coniuncta, statim assiduæ febris initio

cùm apparet, si pestilens est cæli status, pro fidissimâ pestis notâ iurè habeatur. Multò certior coniectura fuerit, si citra causam manifestam frequens syncope territat si assidua vrget vomitio, aut nausea, aut cardiogmos. His enim ventriculus cordi affecto cōsentiēs, vt cor obscurâ, inæquali, & inordinatâ pulsatione, efficiētis causæ malignitatem prodit. Quanquam autem inæquali pulsu febrem inesse iudicamus, eámque periculosissimā: hac tamen ægrotus, quoniam nec ardoris incendio terretur, nec siti molestâ premitur, se teneri pernegat: febris nihilominus proprium signum cùm insit, quis illam adesse inficiari ausit: eamq; perniciosissimam, quod demonstrant animi de-

fectio vel syncope, assidua vomitio, aut nausea, aut cardiogmos, vigiliæ, inquietudó, corporis iactatio, virium omniũ, sed pręcipuè vitalium prostratio, mors plerúmque inopinata, & sine doloris sensu.

Si fortè validior natura diutius obsistit, labes interim altiùs promanat in humores, eósque contaminat, quę si mitior fuerit, febrem infert malignam, ac pestilentem simplicem, sæuior verò carbunculo vel bubone, vel exanthematis stipatam. Quanquam autem sanguis & humores veneno ferè labefactantur, non tamen semper putrescunt: vnde sæpe nec turbidæ, nec cõfusæ spectantur vrinæ, sed substantiâ, colore, sedimentóque laudabiles. Hæc pestilentis

febris exquisita est descriptio. Nam si prętereà capitis dolor, vel delirium, vel incendium vehemens, vel vrinarum magna perturbatio, atque confusio inest: Hæc non ex pestilenti labe, sed ex putridâ permistione fiunt, quæ aliàs aliam partem magis lacessens, symptomata varia profert.

Quæ præcautio singulis necessaria ex lib. Palm. de peste cap. 12.

His cautionibus nisi aëris vitium dissipetur, vnũquémque sibi maturè prospicere, venientémque hostẽ antequam feriat, aliis machinis profligare conuenit. Omnium securissima atque tutissima præcautio censetur, ipsa fuga, atque loci, aut etiam regionis permutatio. Si quis igitur venientem

pestem fugere potest, néque officiis publicis retinetur, néque rei familiaris angustiâ impeditur, nihil ei priùs faciendum censeo: fugere autem oportet citò, longè & tardè: citò quidem priúsquam admissum aëris vitium corporis spirit⁹, & humores infecerit, cordíque se altiùs insinuarit: ex iis enim qui serius locum mutant atque aufugiunt, nō pauci pestis causam intus gestant, quæ vires acquirit eundo, eósque breui in aëre serenissimo atq; saluberrimo loco incautos perimit. Longè verò discedere oportet, extra infectæ pestilētis regionis limites: Nam ad propinquum quo quis se conferat, aëris vitium facilè sequi potest. Præstat autem septentrionem versus fugere; quippe

ab auſtro ferè omnis peſtilentiæ cauſa promanat. Diu verò illic immorandum, nec dè reditu cogitandum, quandiu vlla mali ſuſpicio ſuberit. Sed quid ſuſpicionem dico? non prius me iudice redeũdum eſt, quàm aëris prorſus extincta, atque deuicta ſit malignitas. Periculoſus quippe à ſalubri loco in grauem & inſalubrem trãſitus, multóque fuiſſet conſultius, aliò non commigraſſe, atque publicæ aëris malignitati paulatim aſſueuiſſe. Sed nec eâ extinctâ ſatis tutum ſit ſtatim redire, quin potiùs integrum trimeſtre expectare præſtiterit, dum regionis aër priſtinam puritatem, atque integritatem receperit.

Si quis optimâ prouiſione huiuſmodi & præcautione vti

recusarit, siue quòd lucro attentior fuerit, vt de vitâ periclitari, quàm rem minuere malit, siue quòd amicos aut liberos deserere, aut ędes suas aliorum fidei nolit committere, seu quòd munus publicum aut artem ciuibus necessariã exerceat, hac ratione cõtagionem à se amolietur, & pestis periculum declinabit.

Pestilentiæ causa in aëre residet, qui licet omnibus sit cõmunis, omnes tamen æquè nõ afficit, quòd omnium corpora nõ sint huic affectioni opportuna. Certa enim præparatio, & diathesis, quæ eam excipiat necessaria est.

Hæc autem fortè caloris natiui, ac vitalis roboris infirmitas, & imbecillitas quædam fuerit, atque excrementorum super-

ſuperuacaneorũ collectio ac redundantia. Calor natiuus languidior, víſque cordis infirmior, peſtiferam aëris malignitatẽ diſſipare haud potis eſt, eam verò facilè, & nullo impedimento admittit humor noxius in corpore exuperans. Itaque inprimis ei qui in regione peſtilenti degere volet, cura corporis ſui habenda eſt, vt id vaccet excrementis, inſitúſque calor auctior ſit, & vitalę cordis robur vegetius: nutrum enim per ſe ac ſeorſim, corpus à peſtis cõtagione vindicare poteſt. Nã & venenata pernicies qualeſcúmq; humores attigerit facilè cõtaminat, niſi robuſtę naturæ viribus illico repulſum, atq; diſſipatum venenum euaneſcat: & quamlibet valida vege-

táque sit corporis facultas, si vitiosis excrementis in putredinem propensis sensim insinuato atque altius impresso. Iam verò corpus ab excremētis excipiendæ pestis idoneis vindicabitur, catharticis non modò ægrotantis naturæ, atq; humorum exuperantiæ, sed etiam grassanti pestilentiæ reprimendæ accommodatis.

Purgātibus igitur omnibus cardiaca inserantur, quæ maleficam illorum vim obtundant, vitaléque robur corroborent & augeant. Blanda etiā sunto cathartica, quæ pestilenti constitutione præscribuntur: Nam effrænata si sint, humoribus violentius exagitatis spiritibúsque vel confusis, vel exhaustis, corpus præparāt ad pestem. Omniū pessimum

videtur ſcammonium; quippe venenatâ ac maleficâ labe os ventriculi oblædit, & vi effrænatâ vires omnes reſoluit, diſſipâtque ſpiritus. Hoc ſequitur helleborus, Colocynthis, eſulà, lathyris, turpethum, & reliqua huius ordinis, multóque magis ſtibium quauis arte pręparatum. Inter ea quibus vti conceditur, primas tenent rhabarbarum & aloë: nam nec humores nimioperè commouẽt, nec ſpiritus inſigniter diſſipant, nec veneno corpus præparant vt ſuperiora, ſed contrà immenſa amaritudine, ac ſiccitate putridini obſiſtũt, ſiccántque corpus, quæ dotes aduerſus peſtilentes morbos mirificè commendantur. Senna quia ventriculo aliquãtum grauis, minus eſt accommo-

da: melancholicis tamen adiectis cardiacis, & ſeminibus flatus diſcutientibus præſcribenda. Caſſia omnium purgantium leuiſſima ac tenuiſſima eſt, ſed quæ peſtilenti conſtitutione idcircò reiicitur, quòd vētriculum nimium relaxet atque humectet.

Nihil enim æquè corpus ad peſtem præparat, atque nimia partium laxitas, & ſeroſorum excrementorum redūdantia. Iecori tamen concalefacto, maximè ſi ſiccum ſit corpus, & æſtuoſum cœlum, adiecto ſem. fœniculi momento concedenda. Aloë calida & ſicca ſummè amara ſaniem bilioſam è ventriculo primíſque venis, ac viſceribus expurgat, vnáq; ventriculum corroborat: ex quâ ſatis ſit hominē euſarcum,

& minimè cacochymum semel in hebdomade, aut quarto quóq; die cõfectatria, quatuórue catapotia ante cibum vorarè, vt humores ab imminenti labe, ac putredine vindicentur. Vidi qui peſtilenti cœli ſtatu vnum duntaxat quotidie paſtus initio, alios qui duo, diebus alternis deglutirent. Catapotiorum ex aloë quæ in vſu ſunt aduerſus peſtem, alia tuſſo adſcribantur, alia communia appellantur: hæc autem eximie conferunt, quibus corpus crudis humoribus confertum eſt, quoquomodo vſurpentur. Etenim prætérquam quòd nullâ ventriculi noxâ, nulláque perturbatione, aut moleſtiâ, ventriculum & primas venas omni ſorde expurgant, viſceribus etiam robur

addunt, atque humorum putredini, etsi alexiteria quædam habeant, venenatæ pestis labi sic aduersantur, vt quamplurimos, qui ad eam maximè propensi erant, nullis aliis intro sumptis alexiteriis, à pestis contagione præseruarint: præstat tamen ea ante cibũ quàm à cibo capere. Rhabarbarum pondere dragmæ vnius ante pastum manditur, aliàs solum, aliàs cum vuis passis ab acinis mundatis. His conuenit, quibus humidior est ventriculus ac iecur infirmius: hoc enim viscus purgat & corroborat, & siccando putredinem arcet. Qui calido & sicco sunt corporis habitu, diuturno catapotiorum ex aloë & rhabarbari vsu aliquantum læduntur.

Hic igitur ſyrupus qui poſteà deſcribetur erit commodior octauo quóque die, per ſe, vel ex cocleari ℥ß.pondo, vel cum aquâ cardiacà, aut eius loco ſyrupus è cichorio qui ℥iiij. rhabarbari habeat pro libris ſingulis: cui tamẽ ſyrupus noſter præferendus, qui non ſolùm innoxiè purgat, ſed etiam peſtilẽtis febris malignitatem cohibet & extinguit. Qui admodum impuro & cacochymo erunt corpore, ante mitiorum catharticorum vſum, potione purganti paulò validiore aliquoties repetitâ, quæ in primis erunt ſedibus excrementa detrahant.

Reliquum dein præparabitur vel ſyrupo, vel iulepo, vel apozemate. Deníque præparatur humor penitius inſertus

apozemate cathartico iterato ducetur. Sic purgatâ primâ corporis regione, quam modo dixi præcautionem aggredientur. Néque enim si vel scirrhus in mesenterio, iecore, aut liene, vel veteres obstructiones inerunt pestilenti cæli statu, eiusmodi sentina pluribus aut acrioribus catharticis agitari exhauririque debebit, antequam salubrior aër affulgeat. Hæc definire placuit paulò distinctius, vt iis qui ruri degunt, quique exercitato medico destituuntur, facile sit legitimum istorum præsidiorum vsum discernere.

Catapotia Communia.

℞. Aloes opt. ℥ij. myrrh elect. Cinamomi synceri vtriusque ℥j. fiat puluis qui vino aromatico excipiatur.

Catapotiana Ruffi.

℞. Aloes ʒß. ammoniaci electi ʒiij. myrrhæ ʒiiß. mastich. ʒj. croci gr. vj. concorporentur cum succo mali citrij, aut syrupo de limonibus.

Catapotia quibus istorum loco felici successu hactenus vsus sum adarcenda pestis contagia.

℞. Aloes opt. ℥iiß. Rhabarba. elect. myrrhæ vtriúsque ℥ß. Croci rad. siccar. gentianæ, Aristolochiæ rotundæ, helenij, Angelicæ, dictami, agarici albi, ammoniaci, mastich. añ. ʒjß. rasu cornu cerui, margaritarum electarum, terræ sigillatæ, boli armenæ veræ, cinamomi singul. ʒß. rasuræ cornu vnicornis, ambaris, moschi singul. gr. viij. omnia in tenuissimum puluerem contrita

excipiantur syrupo, qui proximè ponetur, & catapotiorum massa fingatur, adiiciendo Mythridati & theriaces vtriúsque ʒj. vsus tempore ℈ij. in catapotia quatuor aptãtur, quæ tertio aut quarto quóque die cibo præmittuntur.

℞. succorum depurator. scabio. bugloss. borag. & oxal. succi citrij singul. ℥ij. sacch. ℥viij. coquãtur in syrupum, qui Cinamoni, & sant. citrini momento condiatur.

Syrupus Catharticus ac cardi. siccis ac biliosis corporibus adarcendam aëris pestilentis contagionẽ quàm catapotia commodior.

℞. rad. cich. ℥iiß. rad. oxalid. & oxylap. polyp. passul. purg. sing. ℥j. rad. torm. dictamini & elenij singu. ℥ß. semi-

nis cardui bened. ℥iiß. calendu. succis. scabjosæ, meliss. endiu. scario. borag. bugl. fumiterræ agrim. capill. vener. beto. ceterach scolo. verb. artem. plant. sing. m. i. florum cord. beto. corn. genist. verbas. sing. p.i. semi. fœnic. citri, oxali. anis. sing. ʒiß. fol. sennæ munda. ℥iiij coquito ad lib. j. ß. adde in fine agar. albi troch. ℥iß. Cinamo. zedoarię vtriúsque ʒiß. in expressione dissolue saccha. albiss. ℥ß. fiat syrupus adde in fine coctionis express. ℥iß. rhabar. elect. infu. in aquâ cardui cũ ʒij. cinamomi, & croci ʒß. capiat ℥iß. aut ℥ij. pro dosi semel in hebdomade ex cochlea. vel cum aquâ cardiacâ. Hæc quidem cathartica sunt, quibus vicissim semel aut bis quáque heb-

domade eum vti velim, qui aëris peſtilentis incommoda propulſare ſtudet. Iam quæ his præmittenda ſit præparatio tradendum.

Purgatio blanda cacochymo apta peſtilenti cæli ſtatu, ante deſcriptorum catharticorum vſum.

℞. polyp. paſſ. purg. rad. hel. ſicc. rad. cich. & oxalid. fol. ſennæ mund. ſing. ʒiij. bug. borag. pinpin. ſcab. ſucciſ. florum cord. & geniſt. ſing. p. 1. ſemi. fœnic. citri acetoſ. raſ. cornu cerui ſing. ʒß. fiat decoctio ad doſim. In colaturâ macera horis duabus rhabar. electi ʒiiß. Cinamomi ʒß. inexpreſſ. diſſol. ſyrup. capill. vener. ℥j. fiat doſis.

Præparatio ad maiorem purgationem ſi opus videatur, Eſto huiuſmodi:

℞. aquarum cardui, morſus, ſcabioſæ bugl. ſingul. ℥iiß. ſyrupi de limonibus & capil vene. an̄. ℥j. fiat Iulep ad duas doſes ante paſtus: vel ſic.

℞. rad. hele. ſiccæ, vuarum paſſarum damaſcenarum, glycyrr. rad. cich. ſing. ℥j. ſcobi. cornu cerui, rad. grami. & oxylap. ſing. ℥ß. coquito ad lib. I. adde omnium capill. ſucciſ. pimpin. borag. oxalid. abſynthij vulgaris ſicci ſing. p. I. ſem. fœni. card. citri & oxal. ſing. ʒiß. in colaturâ diſſol. ſyrupi de limonibus ℥iiij. fiat apozema clarum & conditum ʒj. Cinamomi.

Apozema purgatorium quo imminente peſte primæ corporis ſedes, ipſaque viſcera validiùs eluentur.

℞. polyp. paſſ. purg. rad.

cicho. cort. rad. capp. & tam. sing. ℥ß. omnium capill. agrimo. bugl. borag. endiu. scario-beto. pimp. succis. sing. m. ß. fol. dictami flo. cord. sing. p. i. semi. card. citri oxalid. fœni. anis. singul. ʒiß. rad. dicta. & torm. vtriúsque ʒj. foliorum sennæ mundat. ℥iß. coquito in aquâ cardui ad ℥. x. adde in fine agari. albi. ℥ß. Cinamomi, zedoariæ vtriúsque ʒj. in express. diss. syru. de limonib. ℥iij. fiat apozema ad tres matutinos alternos. His igitur corpus ab excrementis ad excipiendam pestem ac putredinem paratis, vindicabitur. Iam ad reliqua properemus, quæ nullâ manifestâ vacuatione pestilentem perniciem arcent, cordísque robur tuentur, atq; confirmant.

Descriptiones multorum alexiteriorum, quæ pestis contagia arcere possunt cap. 13. Electarum tabellarum forma.

℞. pul. E. de gemm. & diamarg. frig. vtriúsque ℈ij. scobis cornu cerui, & ebo. Vnedonum, trium sant. Corall. terr. sigill. boli armeni veræ sing. ℈j. rad. dictami, & torment. vtriúsq; ℈ß. scobis cornu vnicornis, ambaris vtriúsq; gr. xij. moschi gr. iiij. sacchalbi. disso. in aquâ theria. quæ postea describetur ℥iiij. fiat Ele. per tabellas pond. ʒiij. cuius vsus erit ante sing. pastus, præterquã quo die Catharticum aliquod assumptum fuerit.

Aliud.

℞. Scobis cornu cerui, & ebo. coral. terræ sigill. boli arme. sing. ℈j. rad. dictami,

tormentillæ vtriúsque ʒß. rad. Angel. triumfant. pul. Elect. diamarg. frig. sing. ℈ij. facch. diss. in aquâ car. bene. ℥iiij. fiat Elect. per tabell. pond. ʒiij. idẽ prȩstat quòd superius, sed paulò imbecillius, eodémq; modo vsurpatur, quia minore cõstat, in re tenui præscribitur.

Pulvis.

℞. scob. ebo. & cornu cerui vtriúsq; ʒij. marg. ele. pul. ros. rubra. vtriúsque ʒj. terræ sigill. boli armenæ vtriúsq; ℈ij. rad. dict. & torment. fol. dictami veri sing. ʒß. semi. fœni. corian. præparati vtriúsque ℈iiij. folio. polyp. menthæ. meliss. sal. min. verb. plant. ruthæ, puleg. rega. sing. ℈j. rad. ang. lign. aloes, sant. cit. zedo. sing. ʒß. folia auri 40. fiat omnium Puluis tenuiss. Cui adde sacch.

rof. octuplum, moſchi, ambaris vtriúſque gra. viij. Cuius vſus erit ante ſingulos paſtus, atque interdum in fine.

Alius ſuauior puluis minoris conſtans, ſed non adeò efficax.

℞. Cornu ceruini ʒiß marg. corall. terr. ſigill. boli armenæ veræ ſing. ʒß. ſem. fœni. coriã præpa. vtriúſque ʒj. fiat puluis, cui adde ſacch. roſ. octuplum; Vel ſic ſuauiſſimus, ac efficaciſſimus, ſed rariſſimus.

Puluis.

℞. marg. elect. ſcobis cornu ceruini, oſſis de corde cerui ſingul. ʒß. ſcobis monocerotis, ambaris, lig. aloes, terræ ſigill. zedo. ſant. citri. ſing. ℈j. moſchi gr. iiij. fiat puluis, cui adde ſacch. roſ. ſextuplum. Opiata præſtãtiſſima hora ſõni

vſurpanda, & mane ante cubiculi egreſſum.

Opiata cardiaca calidis naturis commoda.

℞. flo. bugl. bor. cariophyl. noſtra. roſ. rubr. ſeparatim cōditorum ſing. ℥j. terræ lemniæ, boli armenæ, ſcobis cornu ceruinj ſing. ʒij. marg. ʒj. Ambaris ℈ß. ſyrup. de ſucco bugl. quant. ſuff. fingito opiatam vel ſic in frigidioribus naturis.

Opiata alia frigidioribus commodior.

℞. Conſer. roſ. rubr. florum bugl. bor. & beton. coro. ſeu cariophyl. noſtrat. ſing. ℥j. mithrid. ℥ß. theriaces venetæ ʒij. pulu. cornu cerui ʒj. marg. elect. ſcobis cornu vnicornis, vtriúſque ℈j. terræ lemniæ, boli armenæ, vtriúſque

ʒiij. mosch. gr. vj. auri folia 20. fiat opiata cum siru. conseruationis cort. citri conditi, aut nucis moschatæ conditæ capiat ʒj. aut ʒiß. pro dosi horâ somni, vel manè antequam reseratur cubiculum, & superbibat ℥ij. aquæ scabiosæ, idque bis terue in hebdomade.

Vinum inulatum amarum quidem & ingratũ, sed ad arcenda pestis incommoda mirè efficax, si manè hauriatur ante ientaculum, frigidis præsertim & humidis naturis.

℞. Rad. hel. sicc. ℥iß. rad. angel. dictami. torm. & genti. sing. ʒij. fol. sicco. menthæ absynth. vulg. ruthæ sing. p. I. vini albi optimi lib. vj. ponantur omnia in phialâ, quæ soli exponatur, aut loco calido

asseruetur dies vj. ante vsum dosis ℥iß. aut ℥ij. mane per se, vel cum pari portione aquæ cardui bened.

Noduli sæpe olfaciendi constitutione pestilenti

℞. folio. ment. melissophy. orig. pul. maio. thymi, rosf. rubr. lauãd. sing. p. 1. nucis mosch. Cariophyll. rad. Angel. cinamo. sing. ʒj. Croci ℈ij. fiãt noduli qui noctu vino macerẽtur aromatico, vel aceto, vel aq. rosf. spongia in liquore macerata pro nodulo esse potest.

Pomum.

℞. Ladani ℥iß. benio. styrac. calam. vtriúsque ℥ß. rad. Ireos flor. sant. citri. macis, corticis citrij sicci, rosf. cario. calam. aro. rad. ang. sin. ʒß. cinam. ℈ij. ambræ moschi, zibeti sing. ℈ß.

fiat pomum cum mucagine gummi tragacanthæ, extracta, in aq. rof. multò plus moſchi & ambaris adiici poteſt, ſed in calidis naturis, & æſtate, caput nimium ferit ac vellicat.

Aliud pomum ſuaueolentius.

℞. Ladani ℥ii. benio. ſtyra. calami. vtriúſque ℥ß. ſubigantur diu aquâ damaſcenâ, optimâ, dein adde pul.tenuiſſ.rad. Ireos flor. ʒiß. malexentur ſimul cum oleo amyg. dulcium loto in aquâ damaſcenâ addendo ſub finem moſchi, ambaris vtriúſque ℈j. zibethi ℈ij. fiat pomum iuſtæ conſiſtentiæ.

Aliud omnium ſuauiſsimum.

℞ Benionij, ſtyra. calam. ſing. ʒij. Ladani ℥ß. rad. Ireos flor. pul.roſ. ſant. citr.ſing. ʒj. cariophyll. Cyperi, calam.

arom. cort cit. ſing.gr.vj.moſchi gr. viij ambaris, zibeti, vtriúſq; gra. vj.ſubigantur cum mucagine gummi tragacanth. Elicita in aquâ roſ.fiat pomũ.

Sal vſurpandus peſtilenti cœli ſtatu.

℞. Aquæ Theriacal. ℥vj. aquæ roſ.℥ij. ſalis marini optimi ℥iiij. olla noua plumbo intus illita feruefiat dum aqua abſumpta ſit. Sal adſeruetur ad vſum, cui vſus tempore duplum pulueris raſuræ cornu cerui inſeretur, & ℈j. ſalis ruthacei.

Puluis farinæ è qua panis conficietur permiſcendus.

℞. ſemi. fœni. dulc. ℥j. ſemi. aniſi ℥ß. ſcobis cornu ceruini ℥iß. ſcobis eboris ℈ij. rad. dictã. & torment. vtriúſque ℈i. fiat puluis tenuiſſi. qui cum li-

bris duodecim, fermentatæ massæ è qua panis conficietur, miscebitur, fiétque panis bis coctus. Si suauior desideratur sacchari libra adiicienda est. Multorum simplicium medicamentorum vis vsúsque postea tradetur, in curatione pestilentis febris, quorum tamen vis præcipua est, ad eius præcautionem.

Descripta prȩsidia omnibus communia sunt ad arcẽda pestis cõtagia, quæ prudẽs, exercitatúsque medicus singulorũ aptabit naturis, vtendiq; modum præfiniet. Solæ prȩgnantes supersunt, quæ horũ vsu oblædi possint. His enim nulla purgatio tuta, nisi quæ per cassiam, & per rhabarbarum adhibetur, nec alexiteria salutaria, quæ vehementer ape-

riunt, & excalfaciunt ne fœtum excutiant. Ex iis igitur quæ deſcripta ſunt, ea ſeligantur, quæ citra inſignem calorem, aut aperiendi, atque incidendi facultatem putredini & peſtilenti conſtitutioni contraria ſunt. Cuiuſmodi habentur terra lemnia, bolus armena, cornu ceruinũ, & monocerotis, aquæ cardiacæ bugl. borag ſucis. attractil. conſeruæ roſ. bugl. viol. beton. aut ſolæ, aut cũ mithrid. momento. E diamarg. frigidi de gemmis & ſimilia.

Curatio iam correptorum ex Holl. libello de peſte.

Videndum imprimis an venenũ cor appetat: celer enim morbus eſt, & qui naturam inopinatò obſeſſam perimit derepente.

Videndum etiam anne vitalis facultas deficiat, initiò ergo vtrúmq; præstandum est, tum iis quæ antidota sunt, tum motu, frictione, & similibus, quæ foras euocant. Sed quià aliquantùm vigiliâ, motu, & frictione, spirituum inanitio fit, habenda perpetuò vitæ ratio; Nam vt naturalis & animalis facultas integræ sunt, vitalis concidit. Initiò igitur detur aliquod supradictorum antidotorum. Vel:

℞. Rad. tormen. beto. dicta. gent. morsus diab. cum radice & herba croci añ. ℥j. fiat puluis. Dosis ʒij. cum vino aquâ rosarum lymphato. Et vt sunt vires, destillatum cum vino granatorum, berberorũ, aqua tormentillæ; & expressiones, colatitia alterata, vt di-

dictum est. Tum de vacuatione cogitandum.

Phlebotomia, si omnia permittunt. Alioqui purgatio, vt in humoribus.

Hellebori ℨj. pomo concluditur. Pomum cõuoluitur stuppâ, aquâ rosarum prius madefactâ, & expressa, & ita in cineribus coquitur. Abiicitur helleborus. Pomum conspersum puluere aliquo salutari, datur fortioribus quidem: nam debilioribus secundo pomo iterum coquitur. Secundum pomum datur. Iulep è vino granatorum, berberorum, aqua hordei cum saccharo, ex aquis intybi. Aqua saccharata cum Iulepo violato aromatizato pul. supradictis.

Cibus è mediâ materia, qui facilè coquatur.

Aër obiectus aut salutaris sæpe cõmutatus, vt cubile molle &c. Somno abstineat, nisi vires dissolutæ videantur.

Auicennæ familiare hoc erat ad pestem alexiterium.

℞. Aquæ ros. ℥ij. vini albi, aut clari, tenuis, odoriferi ℥j. boli armenæ tritæ subtilissimè ʒj. Si euomat, malum est: sed abluatur os vino. Deinde repetatur antidotus: debet enim, vt etiam non reuomat, sæpius iterari. Quanquam qui retinent, ferè euadunt.

Clysteribus, balanis lenibus, Catharticis quotidie aluus lenienda.

Epithemata cordi ex aquâ rosarum viol. bugloss. & cum aceto, vino granatorum, ca-

cicho. cort. rad. capp. & tam. sing. ℥ß. omnium capill. agrimo. bugl. borag. endiu. scariobeto. pimp. succis. sing. m.ß. fol. dictami flo. cord. sing. p. I. semi. card. citri oxalid. fœni. anis. singul. ʒiß. rad. dicta. & torm. vtriúsque ʒj. foliorum sennæ mundat. ℥ıß. coquito inaquâ cardui ad ℥. x. adde in fine agari. albi. ℥ß. Cinamomi, zedoariæ vtriúsque ʒj. in express. diss. syru. de limonib. ℥iij. fiat apozema ad tres matutinos alternos. His igitur corpus ab excrementis ad excipiendam pestem ac putredinem paratis, vindicabitur. Iam ad reliqua properemus, quæ nullâ manifestâ vacuatione pestilentem perniciem arcent, cordísque robur tuentur, atq; confirmant.

Descriptiones multorum alexiteriorum, quæ pestis contagia arcere possunt cap. 13. Electarum tabellarum forma.

℞. pul. E. de gemm. & diamarg. frig. vtriúsque ℈ij. scobis cornu cerui, & ebo. Vnedonum, trium sant. Corall. terr. sigill. boli armeni veræ sing. ℈j. rad. dictami, & torment. vtriúsq; ℈ß. scobis cornu vnicornis, ambaris vtriúsq; gr. xij. moschi gr. iiij. sacchalbi. disso. in aquâ theria. quæ postea desoribetur ℥iiij. fiat Ele. per tabellas pond. ʒiij. cuius vsus erit ante sing. pastus, præterquã quo die Catharticum aliquod assumptum fuerit.

Aliud.

℞. Scobis cornu cerui, & ebo. coral. terræ sigill. boli arme. sing. ℈j. rad. dictami,

tormentillæ vtriúſque ʒß. rad. Angel. triumſant. pul. Elect. diamarg. frig. ſing. ℈ij. ſacch. diſſ. in aquâ car. bene. ℥iiij. fiat Elect. per tabell. pond. ʒiij. idẽ prȩſtat quòd ſuperius, ſed paulò imbecillius, eodémq; modo vſurpatur, quia minore cõſtat, in re tenui præſcribitur.

Puluis.

℞. ſcob. ebo. & cornu cerui vtriúſq; ʒij. marg. ele. pul. roſ. rubra. vtriúſque ʒj. terræ ſigill. boli armenæ vtriúſq; ℈ij. rad. dict. & torment. fol. dictami veri ſing. ʒß. ſemi. fœni. corian. præparati vtriúſque ℈iiij. folio. polyp. menthæ. meliſſ. ſal. min. verb. plant. ruthæ, puleg. rega. ſing. ℈j. rad. ang. lign. aloes, ſant. cit. zedo. ſing. ʒß. folia auri 40. fiat omnium Puluis tenuiſſ. Cui adde ſacch.

rosſ. octuplum, moſchi, ambaris vtriúſque gra. viij. Cuius vſus erit ante ſingulos paſtus, atque interdum in fine.

Alius ſuauior puluis minoris conſtans, ſed non adeò efficax.

℞. Cornu ceruini ʒiß marg. corall. terr. ſigill. boli armenæ veræ ſing. ʒß. ſem. fœni. coriã præpa. vtriúſque ʒj. fiat puluis, cui adde ſacch. roſ. octuplum; Vel ſic ſuauiſſimus, ac efficaciſſimus, ſed rariſſimus.

Puluis.

℞. marg. elect. ſcobis cornu ceruini, oſſis de corde cerui ſingul. ʒß. ſcobis monocerotis, ambaris, lig. aloes, terræ ſigill. zedo. ſant. citri. ſing. ℈j. moſchi gr. iiij. fiat puluis, cui adde ſacch. roſ. ſextuplum. Opiata præſtãtiſſima hora ſõni

vſurpanda, & mane ante cubiculi egreſſum.

Opiata cardiaca calidis naturis commoda.

℞. flo. bugl. bor. cariophyl. noſtra. roſ. rubr. ſeparatim cōditorum ſing. ℥j. terræ lemniæ, boli armenæ, ſcobis cornu ceruinj ſing. ʒij. marg. ʒj. Ambaris ℈ß. ſyrup. de ſucco bugl. quant. ſuff. fingito opiatam vel ſic in frigidioribus naturis.

Opiata alia frigidioribus commodior.

℞. Conſer. roſ. rubr. florum bugl. bor. & beton. coro. ſeu cariophyl. noſtrat. ſing. ℥j. mithrid. ℥ß. theriaces venetæ ʒij. pulu. cornu cerui ʒj. marg. elect. ſcobis cornu vnicornis, vtriúſque ℈j. terræ lemniæ, boli armenæ, vtriúſque

ʒiij. mosch. gr. vj. auri folia 20. fiat opiata cum siru. conseruationis cort. citri conditi, aut nucis moschatæ conditæ capiat ʒj. aut ʒiß. pro dosi horâ somni, vel manè antequam referatur cubiculum, & superbibat ℥ij. aquæ scabiosæ, idque bis terue in hebdomade.

Vinum inulatum amarum quidem & ingratũ, sed ad arcenda pestis incommoda mire efficax, si manè hauriatur ante ientaculum, frigidis præsertim & humidis naturis.

℞. Rad. hel. sicc. ℥iß. rad. angel. dictami. torm. & genti. sing. ʒij. fol. sicco. menthæ absynth. vulg. ruthæ sing. p. I. vini albi optimi lib. vj. ponantur omnia in phialâ, quæ soli exponatur, aut loco calido

afferuetur dies vj. ante vſum dofis ℥iß. aut ℥ij. mane per ſe, vel cum pari portione aquæ cardui bened.

Noduli ſæpe olfaciendi conſtitutione peſtilenti

℞. folio. ment. meliſſophy. orig. pul. maio. thymi, roſ. rubr. lauãd. ſing. p. 1. nucis moſcha. Cariophyll. rad. Angel. cinamo. ſing. ʒj. Croci ℈ij. fiãt noduli qui noctu vino macerẽtur aromatico, vel aceto, vel aq. roſ. ſpongia in liquore macerata pro nodulo eſſe poteſt.

Pomum.

℞. Ladani ℥iß. benio. ſtyrac. calam. vtriúſque ℥ß. rad. Ireos flor. ſant. citri. macis, corticis citrij ſicci, roſ. cario. calam. aro. rad. ang. ſin. ʒß. cinam. ℈ij. ambræ moſchi, zibeti ſing. ℈ß.

fiat pomum cum mucagine gummi tragacanthæ, extracta, in aq. rof. multò plus moschi & ambaris adiici poteſt, ſed in calidis naturis, & æſtate, caput nimium ferit ac vellicat.

Aliud pomum ſuaueolentius.

℞. Ladani ℥ii. benio. ſtyra. calami. vtriúſque ℥ß. ſubigantur diu aquâ damaſcenâ, óptimâ, dein adde pul. tenuiſſ. rad. Ireos flor. ʒiß. malexentur ſimul cum oleo amyg. dulcium loto in aquâ damaſcenâ addendo ſub finem moſchi, ambaris vtriúſque ℈j. zibethi ℈ij. fiat pomum iuſtæ conſiſtentiæ.

Aliud omnium ſuauiſsimum.

℞ Benionij, ſtyra. calam. ſing. ʒij. Ladani ℥ß. rad. Ireos flor. pul. roſ. ſant. citr. ſing. ʒj. cariophyll. Cyperi, calam.

arom. cort cit. ſing. gr. vj. moſchi gr. viij ambaris, zibeti, vtriúſq; gra. vj. ſubigantur cum mucagine gummi tragacanth. Elicita in aquâ roſ. fiat pomũ.

Sal vſurpandus peſtilenti cœli ſtatu.

℞. Aquæ Theriacal. ℥vj. aquæ roſ. ℥ij. ſalis marini optimi ℥iiij. olla noua plumbo intus illita feruefiat dum aqua abſumpta ſit. Sal adſeruetur ad vſum, cui vſus tempore duplum pulueris raſuræ cornu cerui inſeretur, & ʒj. ſalis ruthacei.

Puluis farinæ è qua panis conficietur permiſcendus.

℞. ſemi. fœni. dulc. ℥j. ſemi. aniſi ℥ß. ſcobis cornu ceruini ℥iß. ſcobis eboris ʒij. rad. dicta. & torment. vtriúſque ʒi. fiat puluis tenuiſſi. qui cum li-

bris duodecim, fermentatæ massæ è qua panis conficietur, miscebitur, fiétque panis bis coctus. Si suauior desideratur sacchari libra adiicienda est. Multorum simplicium medicamentorum vis vsúsque posteà tradetur, in curatione pestilentis febris, quorum tamen vis præcipua est, ad eius præcautionem.

Descripta pręsidia omnibus communia sunt ad arcēda pestis cōtagia, quæ prudēs, exercitatúsque medicus singulorū aptabit naturis, vtendiq; modum præfiniet. Solæ pręgnantes supersunt, quæ horū vsu oblædi possint. His enim nulla purgatio tuta, nisi quæ per cassiam, & per rhabarbarum adhibetur, nec alexiteria salutaria, quæ vehementer ape-

riunt, & excalfaciunt ne fœtum excutiant. Ex iis igitur quæ deſcripta ſunt, ea ſeligantur, quæ citra inſignem calorem, aut aperiendi, atque incidendi facultatem putredini & peſtilenti conſtitutioni contraria ſunt. Cuiuſmodi habentur terra lemnia, bolus armena, cornu ceruinũ, & monocerotis, aquæ cardiacæ bugl. borag ſucis. attractil. conſeruæ roſ. bugl. viol. beton. aut ſolæ, aut cũ mithrid. momento. E diamarg. frigidi de gemmis & ſimilia.

Curatio iam correptorum ex Holl. libello de peſte.

Videndum imprimis an venenũ cor appetat: celer enim morbus eſt, & qui naturam inopinatò obſeſſam perimit derepente.

Viden-

Videndum etiam anne vitalis facultas deficiat, initiò ergo vtrúmq; præstandum est, tum iis quæ antidota sunt, tum motu, frictione, & similibus, quæ foras euocant. Sed quià aliquantùm vigiliâ, motu, & frictione, spirituum inanitio fit, habenda perpetuò vitæ ratio; Nam vt naturalis & animalis facultas integræ sunt, vitalis concidit. Initiò igitur detur aliquod supradictorum antidotorum. Vel:

℞. Rad. tormen. beto. dicta. gent. morsus diab. cum radice & herba croci añ, ʒj. fiat puluis. Dosis ʒij. cum vino aquâ rosarum lymphato. Et vt sunt vires, destillatum cum vino granatorum, berberorũ, aqua tormentillæ; & expressiones, colatitia alterata, vt di-

dictum est. Tum de vacuatione cogitandum.

Phlebotomia, si omnia permittunt. Alioqui purgatio, vt in humoribus.

Hellebori ℥j. pomo concluditur. Pomum cõuoluitur stuppâ, aquâ rosarum prius madefactâ, & expressâ, & ita in cineribus coquitur. Abijcitur helleborus. Pomum conspersum puluere aliquo salutari, datur fortioribus quidem: nam debilioribus secundo pomo iterum coquitur. Secundum pomum datur. Iulep è vino granatorum, berberorum, aqua hordei cum saccharo, ex aquis intybi. Aqua saccharata cum Iulepo violato aromatizato pul. supradictis.

Cibus è mediâ materia, qui facilè coquatur.

Aër obiectus aut salutaris. sępe cõmutatus, vt cubile molle &c. Somno abstineat, nisi vires dissolutæ videantur.

Auicennæ familiare hoc erat ad pestem alexiterium.

℞. Aquæ ros. ℥ij. vini albi, aut clari, tenuis, odoriferi ℥j. boli armenæ tritæ subtilissimè ʒj. Si euomat, malum est: sed abluatur os vino. Deinde repetatur antidotus: debet enim, vt etiam non reuomat, sæpius iterari. Quanquam qui retinent, ferè euadunt.

Clysteribus, balanis lenibus, Catharticis quotidie aluus lenienda.

Epithemata cordi ex aquâ rosarum viol. bugloss. & cum aceto, vino granatorum, ca-

phurâ, ſantalis &c. & modico vini.

Peſtis ſymptomata ex cap. 24. lib. Iul. Palm. de febre peſtilenti.

Febris peſtilens interdum mittis feréque horrendis ſymptomatis ſtipata eſt, quorum non aliud dolore capitis vrget frequentius, præſertim in febribus peſtilentibus nothis putridæ conſtitutioni implicitis, & in naturis, quibus caput frigidum & humidum, ac ſero perfuſum eſt. Hic minimè ſemper eſt huiuſmodi, ſed pro diuerſa veneni populariter graſſantis affectione, & corporum naturâ variat. Peſtilentes febres putridæ conſtitutioni implexę, quæ Lutetiæ ſæuiebant anno: 1568. ab atrociſſimo ferè capitis dolore initium ca-

piebant, qui nullis remediis leuatus, quarto aut ſeptimo die ſponte conquieſcebat, interdum nullâ, interdum manifeſtâ vacuatione. Cauſa igitur cenſeri debet non cerebri, aut membranarum ipſius inflammatio, ſed maligna peſtilentis veneni pernicies, quæ è venis & arteriis vnà cum tetris vaporibus eò ſublata, ſeroſos humores in capite cumulatos inficit, túmque ſopor adeſt & veternus, qui tum nullus deprehenditur, quum capite excrementis vacuo, ſentientes membranas pungit, ac vellicat.

Curatio.

Si nec ſomnum intercipit, nec crudelius angit capitis dolor, propriâ curatione nihil o-

pus est. Sublato enim morbo symptoma protin⁹ euanescet. At si tam immaniter discruciat, vt somnum inire non patiatur, sed præ vigiliis, & corporis iactatione, spiritus & vires labefactet, phrenitim eò tractis biliosis humoribus portendit, & curatione indiget. Lenientibus igitur topicis, quę pestis curationi non obsint, is est demulcendus.

Clysteres itaq; alternis diebus iniicientur, qui sensim deorsum reuellant quæ in caput ferantur. Raso capillo manè & vesperi, embroche capiti adhibebitur, ex oleis nymphεæ, rosarum, violarum, chamæmeli, & liliorum lotis in aceto superposito lanæ succidæ cucullo, aut si calor vrgebit, linteolo oxyrhodino imbuto, &

leuiter expresso. His enim qui iam capiti impactus humor erit, digeretur: qui verò adhuc influet, repelletur. Si ne his quidem sedabitur, benefaciet cataplasma, è candidi panis mica, croco, puluere betonicæ, oleo ros. & lacte caprino, aut vaccino.

Gallus gallinaceus dissectus, & exenteratus capiti quàm maximè calens adhibitus, non rarò crudeles dolores lenire visus est, & febrium deliria cōpescere. Quocirca hoc etiam præsidium vsurpandum. Plures autem Galli subinde imponantur, partique insideant, singuli horis tribus, aut quatuor ad summū. Si enim diutius remaneāt, fœtorem edūt, cordi ac visceribus infensum. Vicem galli supplere possunt

vituli, aut veruecis pulmones adhuc calentes. Nullâ quidem hæc occultâ proprietate pollent aduersus capitis dolores, aut phrenitidas, sed quia calorem obtinent insito nobis calori finitimum & amicissimum, eius auxilio cerebrum corroborant, ac talium symptomatum causam digerunt.

Opem ferunt & anodina repercutienti materiæ mista, si fronti aut temporibus adhibeantur, abstinendo tamen à narcoticis & stupefacientibus omnibus. Hæc si non statim liberant, continuanda tamen sunt, quoniam si dolorem non tollũt, certè imminuũt, ægrotúmque recreant tantisper dum in morbi curationem incumbetur. Magno in errore versantur, qui neglecto oculto

morbo, profligandis manifestis symptomatis se totos addicunt. Quorsum enim attinet, ad dolorem capitis, qui aliquãdo in peste exercet, venam resignare, primùm quidẽ humerariam externam, deinde arterias temporum, postremò hæmorrhagiam è naribus ciere? An non naturæ in profligãdo morbo occupatæ motus conatúsque peruertitur, dum quod vi expultrice in extimas partes, eásque inferiores tempestiuè propulerat, misso sanguine sursum reuellitur, eiusque robur dissoluitur. Sed de his alibi plura. Narcotica, & soporifera omnia medicamẽta naturæ vires stupefaciunt, debilitant, & à morbi concoctione auocant, habéntque qualitates alexiteriis planè cõ-

trarias: quo fit, vt tanquam ipsamet pestis fugienda sint omnia.

De vomitione.

Quum vomitio peste correptos acerbiùs infestat, sunt qui existimẽt naturam expultrice vẽtriculi facultate, quod molestum est, ipsam scilicet, febris causam, à se amoliri, ac foras propellere, velintq; eius conatum vomito exhibito medicamẽto promouere. Sed ij longè falluntur. Nam quò magis vrget vomitio, hoc periculosior febris pestilens esse solet, vt etiam plures vomendi finem non fecerint, donec animam vomendo profuderint. Tenuis adeò essentiæ est venenum pestiferum vt omnem arte factam vacuationem eludat, si sudorum profusio-

nem excipias, ideóque ad curationem vel intus propriis antidotis extinguendum est, vel in sudores digerendum neglecto symptomatico vomitu: Non enim naturæ victricis robore, quæ illuc se exonerare contendat (quùm néque cõueniens, néque ad excludendum venenum satis idonea visa sit) sed venenatâ pernicie, quæ illius robur prosternit & dissoluit, vomitus in peste excitatur, vitiosa quidem excrementa aliàs pituitosa, aliàs biliosa, interdum etiam nigra, vomentes reiiciunt, præsertim verò cacochymi & cachectici, sed citra vllam alleuationem morbi: manet enim vacuatis etiam excrementis, pestifera cordi & ori ventriculi impressa qualitas totius mali

author, quæ os ventriculi neruosum & acutissimo sensu præditum acriter feriens, ventriculum, ad id quod negotium facescit excludendum, incitat. Quòd igitur ad auxilia attinet, alexipharmaca propria sunt huius symptomatis remedia. Eius enim vim atque impetum intrò sumpta, vel prorsus cohibent, vel infrænant, nec aliis ad curationem symptomatici vomitus opus est. Si fortè tamen ventriculus, nimis effrænatâ vacuatione lacessitur, ac dissoluitur, extrinsecus etiam adhibitis præsidiis iuuandus.

Commodus & opportunus fotus, eius calorem suscitare potest, flatus discutere, malignam veneni perniciem ori ipsius impressam obtundere,

vomitionem denique cohibere, si in hunc modum comparetur.

℞. folio sicco. mentæ, sampsuschi, absynt. vulg. orig. calam. thymi, puleg. meliss. artemisiæ summit. anethi sing. p. 1. sem. anisi, fœnic. cardui rad. cyp. calami aromat. cuiúsque ℥ß. nucis moscha. Cariophyll. macis sing. ʒß. conficito sacculos qui ferueant aliquantisper in aquâ; dein adde vini odoriferi tertiam partem, mithridat. ℥iß. aceti, aquæ rosf. vtriúsque ℥iiß. Adhibeatur fotus ventriculo ex spongiâ, vel ipsimet sacculi viciſsim applicentur. Item ex oleo saluiæ & rorismarini arte chymica extracto, cui aceti & mithridatij añ. ʒj. accesserit, mox à fotu resiccatus locus illinēdus.

Si aluus adstrictior fuerit, cly-
stere potius quàm cathartico
ducenda, in quo vt etiam ad-
uersus pestilentem perniciem
vires habeat, mithrid. ʒij. dis-
soluentur.

De singultu.

Frequens præterea esse so-
let in febre pestilēti singultus.
Hunc autem aër veneni per-
nicies, quę altius ventriculi tu-
nicis impacta, vim eius expul-
tricē stimulat ad id, quod one-
rosum est, aut vellicat, exclu-
dendum. Hæc igitur eiusmo-
di motu, quod molestum est
expellere, sed frustrà adnititur:
quòd tenuis ea qualitas parti-
bus tenaciùs impressa, eius
motum omnem, atque cona-
tum facilè eludat ac superet.
Perniciosum sanè symptoma
in omni malignâ febre, sed

magis si arte factam vacuationem sequitur. Néque tamen aliis remediis opus fuerit, quā descriptis alexipharmacis, & fotu modo proposito. Si fortè excrementorum in ventriculo collectorum copia singultū inferre videbitur, remedia sunto, clyster, blādum catharticum alexiterio temperatum, & fotus. Sed hæc causa rarò locum habet in hoc affectu, vtque vnquam tutò datur catharticum ante morbi declinationem, in legitimâ peste.

De vacuationibus spontaneis quæ in hoc morbo contingunt.

Si qua fortè naturalis vacuatio diu præter naturam supressa, sub hoc morbo, siue è naribus, siue ex hemorrhoidibus, siue in mulieribus ex vtero

erumpat, per initia minimè cohibenda, aut præpedienda, sed si minor aut pigrior videatur, promouenda potiùs, atq; acceleranda, quemadmodum & hæmorrhagia omnis, quam natura die critico molietur. At si immodica vires ita prosternit, vt syncopas accersat, tum difficilis est iudicij; nam siue sinitur, siue cohibetur, æger in vitæ discrimine versatur.

Si sinitur quidē, quòd erumpens sanguis secum calorem, spiritus, & animam eripiat: sin occurritur, quòd venenata labes quam natura cum sanguine, licet fortè purissimo profundebat, procúlque à corde vitæ principio amandabat, introrsum ad viscera remeans, necis consecutionem afferat, sed maximè quùm sectâ venâ

ſiſtitur. Anno 1568. febres peſtilentes fluente è naribus ſanguine copioſiſſimo; eoque ferè florido; magnâ ex parte iudicatę ſunt. Ex iis qui ad lypothymiam vſque ſanguinẽ profundebant, pauci euaſerunt, quibus vena in brachio ſita, ad reuulſionem ſecta ſit.

Qui verò totum naturæ negotium committẽtes, alimentis ac medicamentis cardiacis proſtratas vires reſarciebant, omnes ferè percurabant, quãlibet frequentes ac graues viderentur animi defectiones: multis auxilio fuêre epithemata, cardiaca & refrigerantia iecori & cordi, adſtringentia verò fronti & naribus, vnde ſanguis emanabat adhibita: ſed illa quámlibet citò citra periculum cordi & iecori ad-

mouentur, hæc verò non nisi quum sanguinis quantum satis est defluxerit, fronti, temporibus, & naribus applicari debent.

De sanguinis reiectatione, atque exscreatu.

Est & aliud pestilentis morbi pessimum symptoma, sanguinis screatus; atque reiectatio. Hæc autem fit, venâ, aut arteriâ, in pectore apertâ, ruptâ, exesa, vel dehiscente. Quum enim carbunculi, vel alia tubercula illic intus protuberant, nisi dehiscant breui occidunt. Si verò aperiantur. ac findantur, prorumpēte sanguine vita eripitur: magnæ igitur hic vndique premunt angustiæ. Expuitur interdum & per pleuritidas, quæ cum pestilenti febre aliquādo con-

currunt, ſed minore periculo, ſi modò opportunè imperatur venæ ſectio, ſemel bis, ter quaterue: ſi difficultas ſpirandi cum lateris dolore, & cruento ſputo coniuncta id expoſtulare videatur. Omnia huius ſymptomatis, à quacúmque cauſa prodeat, remedia medicis notiſſima, verùm ne ſanguis prorumpat, ac expuatur, ſi peſtilens febris ineſt, auxiliis quæ valenter adſtringant minimè impediendum, quin potiùs cùm venenatus ſit, vt effluat curandum: & pro adſtringentibus, danda quæ leuiter detergeant, ardorémque temperent, velut hordei decoctum cum ſaccharo roſ. ſyrupus violaceus, & reliqua eius generis.

De alui profluuio.

Alui profluuium in omni febre pestilenti suspectum est, & periculosum, si bubonis & carbunculi suppuratione, & vrinarum concoctionem, aliorum symptomatum remissionem anteuertat. Nam præter quàm quòd spiritus dissipat, atterítque vires, venenatam etiam morbi perniciem, quam prouida natura in extimas corporis partes longissimè à corde dissitas, & ignobiles deponere conabatur, in præcordia reuocans, exitium adfert. Eius causa censeri debet, non naturæ robur, vísque expultrix vegetior, sed venenata ac pestilẽs morbi labes omnium partium, sed maximè ventriculi, vim retentricem sic dissoluẽs, vt minimè cibum vel ample-

ctatur vel concoquat. Symptomaticum igitur quum sit, tantum abest vt prosit, vt insitum calorem ac spiritus breui labefactet, naturæque robur infringat & opprimat. Secus planè iudicandum, quum decretorio die accedit, coctionis signis iam conspicuis, repurgato bubone, recreatáq; quodammodo naturâ.

In malignis tamen & pestilentibus febribus, in quibus nec bubones, nec carbunculi protuberāt, nec ecthymata in cute efflorescunt, biliosum aut diarrhææ finitimum, aut etiam crudum alui profluuium moderatū: haud ita funestum esse solet. In his enim complures, post crudorum statim initio morbi deiectionem, conualuisse obseruaui, morbi scilicet

pernicie, quæ in cutem non erupisset, cum crudis & liquidis illis, fœtidis tamen & graueolentibus ichoribus, sensim è corde, arteriis ac venis per aluum expurgatâ.

Huius autem varietatis caussa est, quòd in illis, alui fluor naturam ab officio reuocet, tempestiuósque eius motus & excretiones interrumpat: in his verò non item, quòd nihil ea in corporis superficiem depellat, sed omnia in aluum deturbet, atque præcipitet. Rarissimè igitur aut vix vnquam contingit vel spontaneum, vel acriori cathartico irritatũ alui profluuium in febre pestilenti, quæ bubone & carbũculo stipata sit, salutarem nancisci exitum. At in febribus malignis, quæ citra bubonem, carbun-

culum & ectymata grassantur, quòd sponte incidit, si sensim ac diutius persistit, sæpe liberat, modò intempestiuè nec proritetur, nec cohibeatur, sed sensim fluere sinatur, confirmatis interim viribus, tum alimentis, tum medicamentis cor ipsum roborantibus, si tamen vel tardiùs mouetur noxia materia vel, citiùs quàm morbi, & virium ratio postulet, sponte supprimitur, propinato rhabarbaro putris ac venenati humoris reliquiæ commodè exhaurientur.

De echymatis.

Maculæ peste correptis aliquando efflorescunt pulicum aut culicum morsibus non dissimiles, nonnumquam etiam multò maiores. Memini enim me sæpius vidisse, quæ vniuer-

ſum brachiũ, aut crus totum, aut faciẽ, aut aliam maximam partem occuparent: febrem ferè ſequuntur, & tertio, quarto aut ſeptimo die erumpunt, interdum ſeriùs, interdum citiùs, interdum vnà cum febre exoriuntur, modò cum bubone, & carbunculo, interdùm aliquando pòſt, ſæpe ſine his, aliquando etiam poſt obitum, veneno in extincto cadauere adhuc debacchante. In febribus malignis ſæpe ſolitariæ ſunt abſque bubone & carbũculo, non minus tamen, quàm ſi adeſſent, periculoſæ. Quæ rubent minus pernicioſæ exiſtunt, quùm præſertim multæ ſunt, & diebus criticis erumpunt, viribus reſurgentibus, néque intrò remeantes citò diſparent, ſed in cute perſtant, donec

donec exorto madore, aut ſudore earum cauſa ex halet. At quæcúmque liuidæ, aut nigræ aut venetæ cernuntur, lethales haberi debent. Sunt enim deuicti ac iam penè extincti natiui caloris certiſſimæ notæ. Has non raro comitantur, ſyncope, animi langor, & virium exolutio. Sed & ſæpè intrò celeriter recurrunt, nullâ cauſa manifeſtâ.

Metuuntur omnia eiuſmodi ecthymata cuiuſcúnq; ſint coloris, ſi citò diuaneſcunt, ſed magis quæ poſt bubonem, & carbũculum intempeſtiuè die minimè critico erumpũt. Peſſimam enim cauſam eſſe oportet, quæ cùm à naturâ in carbunculum & bubonem tota diſiicinō potuerit, ſuopte impetu in omnes corporis par-

tes vndequáque effunditur.

Hoc ſymptoma non aliam curationem, quàm peſtilens febris efflagitat. Eliciti igitur per antidota &alexipharmaca ſudores, vera & peculiaria huius remedia cenſeri debent: extinctâ enim veneni pernicie, vel ſudore diſſipatâ, maculæ, illicò euaneſcere cõperiẽt. Cauendũ igitur etiã, atq; etiã ne vel ambientis frigore, vel frigidis medicamentis extrinſecus admotis, intrò repellatur, vel catharticis reuocetur ad viſcera quæ in cutem fertur pernicies. Videndum etiam ne longiori ſomno torpidior factâ naturâ, ipſam negligat. Sunt tamen qui vnguento ex hydrargyro corpus inungant, ignari frigidum & humidum hydrargyrum, calamitoſam

veneni labem vnà cum humore intrò regerere, mortémque inferre contaminatis visceribus, quòd in multis vsu venisse adnotaui, Doctus Lutetiæ Medicus Simonius hoc remedio in seipso vsus ad digerendum pestilentem inguinis bubonem, illicò vires prostratas sensit, breuíque bubone delitescente occubuit.

Curatio Bubonis ex Holl. libello de peste.

Febri pestilenti aliàs superuenit bubo, vel etiam eam antecedit, aliàs succedit eidem: ante febrem bubonem enasci optabilius, quia naturæ valentis significationem affert.

Constat experimento phlebotomiam nocere iam eunte bubone, & vtẽdum attrahen-

tibus, cucurbitulis, cauteriis, potu bezoardico, frequenti quidem, si reuomant. Iteretur tertiò.

Phlebotomia (nisi quid dissuadeat) à venâ cephalicâ, si sub auribus sit bubo, vel extremâ manu, si sub mẽto, aliàs ab eadem: deinde à venis linguæ fiet. Si sub alis, à mediâ, si in inguinibus, à saphenâ, sciaticâ extremorum pedum secundum rectitudinem. Ita & cucurbitulæ, à venæ sectione vitetur somnus, ne venenum intrò rapiatur.

Besoardica.

Laudatur plurimùm theriacæ ℨj. cæpa cauatu concoquitur, & apponitur loco.

Alij ita coctam cæpam aceto immergunt. Alij vini granatorum, & syrup. de acetositate

citri añ. ℥iß. atque ita ſuccum exprimunt, cúmque ʒij. aquæ tormentillæ, vel ſucco propinant: materiam amplaſtri modo buboni apponunt.

℞. Valerianæ lib.ß. rad.ebuli ℥iij. lybiſtici cum rad.℥j. buliant in aquâ & oleo chamæmel. añ. q. ſuff. Deinde piſtentur cum dicto oleo, & ſuperponantur, vel addatur radix dictamini.

Diachyl. ℥ij. Ammoniaci, galbani añ. ℥ß. cum oleo ſcorpionum incorporentur.

Vtendum quóque ſanguiſugis, cucurbitulis cum ſcarificatione, alij omninò circuncidunt, & extrahunt.

Cauteria, ſi vires valent: tenaculis etiam candentibus extrahunt.

Calcis viuæ lib. ij. cineris

purgati & cribrati, aluminis rochæ añ. lib. ß. de quibus fiat lixiuium, sed ita ut materia induretur, quãtitate paruæ auellanæ vnguento alicui misceatur.

Catelli, gallus, & pulmones animalium.

Scabiosa teritur. Tribus horis retenta carbonem curat. lysimachia similiter.

Cum oleo de scorpionibus anagallis malaxetur: addatur aliquid myrrhæ, aut veteris theriacę, alioqui maturandum apostema; maturatum sagittâ aperiendum, vel theriacâ veteri, quâ parte acuitur, & mollius est apostema.

Si quidem hinc via sit puri, fiat apertio ad modum folij myrthi, vel oliuæ. Caueantur venæ, arteriæ, nerui. Sectâ

parte si dolor oriatur, lana in oui albumine intincta ponatur. Sic per diem maneat.

Si dolor contingat, deterge priùs, & intinge in oui liquore, & modico olei rosacei.

Eschara tollatur modico butyro, oui vitello, farinâ triticeâ mixtis in vnciá olei rosacei, & vitellus oui simul agitetur.

Carbunculus.

Carbunculus à melancholico sanguine est, velut clauus quidam paruus, qui malignior factus pustulas quasi ab igne vrendas, escharam, ardorem, dolorem intolerabilem facit, rubens, viridis, niger. Parui, oblongi deteriores, vicinia liuet, ardet in partibus carnosis & vicinis nobilium.

Bezoardic. emittãtur fœces

ventris, mittatur ſanguis etiam ad lipothymiam, habita ſemper ratione virium, &c. Scarifica punctim: emplaſtrum è pane medio malaxatur cum ſucco plantaginis, adhibetur, & vt cætera quæ diſcutiūt modicè & refrigerāt: vel ex plantagine, lentibus, pane cibario coctis in aquâ: granata acida aceto cocta ad putrilaginem, & linteolo extenſa, initio ac ſtatu.

Liliorum radix recens emplaſtri modo, deinde ſuperpone folia caulium, betæ &c.

Bonus armentorum fimus, ſiccus ex aquâ ſubactus. Quidam practici maturant. Gal. prohibet vti pus mouentibus, quia non maturant, ſed putrefaciunt.

Scabioſa, cauda equina,

ſapphyrus circumagitur carbunculo, deinde retinetur è directo. Albert⁹ magnus multos carbones vidit vnius ſapphyri geſtatione curatos. Tapſus barbatus, theriaca, Mythridatium. Sed remedia celeriter exareſcunt; ſubinde itaque commutanda: ſanguiſugæ, gallinæ.

Defenſiua circa locum.

℞. olei roſ. ℥iij. aceti roſ. ℥j. boli armenæ quant. ſuff. Ad inſpiſſandum.

℞. vnguenti popul. olei. roſ. & myrtill. an̄. ℥ij. vini granato. ℥iß. boli armenæ, terræ ſigillatæ an̄. quod ſufficit.

Poſſunt emplaſtra malaxari cum ſucco plantaginis, cotula fœtida trita, circumponitur. Supra verò ſtercus humanum calidum, vel vitellus oui recẽs

agitetur cum ſale benè trito. Naſturtium vel vrtica cum ſale teratur, & malaxetur cum oleo liliaceo. Allium tritum per ſe, vel cum pipere, & auellanarũ nucleo, detractâ pelle.

Terebinthina cum nitro, carne paſſularum, cum ſale vel ſtercore paſſeris, columbarum.

Mel & oleum cum ſale trito cocta.

Cor turturis recenter detractum & deuoratum ſingulare remedium. Fotus ante ſcarificationem, & alia. Chamæmeli ℥iij ſpicæ celticæ ℥ij. maioranæ ℥ij. bulliant in aquâ, cum ſpongiâ fiat fotus deinde ventoſę affigãtur cum multo igne. Fiat idem fotus, tum ſcarifica punctim, & cucurbitula apponatur, vbi res vrget.

De ſymp. febr. ex Holl. lib. 2. de morbis internis.

Quæ cadunt in febres, vt & alios in morbos, ſymptomata, trium ſunt generum: aut enim actiones læſæ, aut excrementorum & euacuatorum exceſſus, aut affectus corporum ſeu mutatæ exiſtunt qualitates. Primi generis ſunt, ſomnus, vigilia, delirium, capitis dolor, ſyncope, ſitis, deiecta appetẽtia, rigor: ſecundi fluor, obſtipatio, ſudor, vomitus, hæmorrhagia: tertij, linguæ ſcabrities, nigredo, icterus, & cætera id genus. Leuiora ſunt interdum, & quæ medicum minus debeãt exercere; aliàs grauiora, & quibus maiore cum diligentiâ, & ſollicitudine, quã febribus, ipſis ſit conſulẽdum. Dictum quidem eſt anteà de

iis febrium accidentibus, quæ ipsarum generationem necessariò sequũtur, nec tamen curationem immutant; nunc ea traduntur, quæ præter communem aliorum sortem, curationem ad sese trahunt, quòd causarum vicem obtineant. de his fusius Galen. lib. 12. metho.

De Vigiliis ex Fernel. cap. 19. lib. 4. Pathol.

Vigilias inferunt causæ omnes, quę somnũ & quietem interpellant, dolor, æstus, oppressio, sitis, & quæcúnque minimùm infestæ sunt & laboranti graues. Plerúmq; etiamsi ne istæ quidem molestæ sint, somnus tamen nullus obrepere potest. Id ferè obtingit quũ calidus acerque vapor cerebri substantiam magis quàm me-

ninges ferit, eámque exsiccat & calfacit, spiritúsque supra modum attenuat & variè dispergit. Id ipsum quóque citra magnũ ardorem euenire compertum est, quoties pernicio-sa qualitate cor obteritur. Sõni modus diligenter obseruãdus: Nam in acutis morbis cõsopiti laborãtes, quum expergiscuntur: plerúmque nec meminerũt, nec se dormuisse putant.

Curatio immodicæ vigiliæ ex Holl. lib. 2. de morb. inter.

Græci sub horã somni manus & pedes ad articulos vinculis constringunt, dum defatigentur. Soluunt vincula, subducunt lumen, imperant silentium. In ratione vinculorum animaduertendum, ne corpus arthriticum sit, aut sint vlcera

ad articulos. Sic enim ad alia remedia confugiendum est.

Anacollemata, quæ frontalia appellant, ad repellandū commoda, ex olei rosacei. ℥j. aceti ʒij. cum oui candido.

Aliud.

℞. olei vio. & rosa añ. ℥ß. aquę ros. vel beton. ℥ij. agitentur cum oui albumine. Fortius erit si Gr. vj. vel eò plus opij addideris aut ʒij. populeonis Sed in vsu anacollematum habenda ratio naturarum. Nam pueris, mulieribus, epilepsiæ obnoxiis, & mollioribus corporibus eiusmodi refrigerantia stuporem inferunt, lædúntque memoriam in reliquam vitam: in iis verò, qui remedia sustinere possunt, innouanda sunt sæpiùs: statim enim incalescunt.

℞. capit. 3. papauer. in pulluer. redacta commiſce oui albumini.

Benefiet, ſi albumen oui ex aquâ roſaceâ prius agites, & deſpumes.

Aliud.

℞. olei papauer. albi ʒiß. populeonis ℥ß. albumin. ouorum ij. vt antè, deſpumat ℥ij. lactis muliebris ℥ß. prẹferunt in hoc lac muliebre, ſi nutrix albo colore eſt & puellum nutrit.

Frontale ſiccum.

℞. quat. ſem. frig. añ. ʒj. ſem. papau. ℈ij. florum nenuphar. viol. anethi añ. p. I. fiat ex omnibus puluis, qui inoluatur in linteo duplici: deinde perfumetur cum aquâ roſarum, & betonicæ, aut cum vino albo diluto his aquis.

Aliud.

℞. nenupharis rosf. viol.añ. p.1. cort. rad. mẽdragoræ ʒiß. semin. papauer. albi, coriandri añ.ʒj. cocassentur crassiusculè, inuoluantur & persumentur, vt prius.

Potiones.

℞. syrup. papa. de nenuph. añ.ʒ. vj. decoctionis lactucarum ℥ij. capiat hora somni.

Aliud.

℞. Lactuc. p. 1. Dactylos tres, caput vnum papaueris fiat decoctio ad ℥iiij. cum ℥j. syrupi rosa. fiat potus.

Vel.

℞. dactylos duos cum capite papaueris, fiat decoctio ad ℥iiij. in colat. diff. saccharol. ʒiiij. Conuenit vbi destillatio in pulmones cum vigiliis: ac ferè commiscemus ea quæ adstringunt, vbi fluxio est, vt

in dysenteriâ.

℞. sirupi de papauere ℥j. diacodij siue speciebus ʒj. aquæ ferratæ ℥ß. detur horâ somni. Conuenit & syrupus rosatus, alias per se, aliàs cum aliis. Olfacere oportet oleum de semine lactucæ, de nenuphare, violarum, cucurbitæ, aut ex his nares inũgere. Alioqui refrigerantia, vt lactuca, flores violarum, nenupharis, semen & capita papaueris, semen albũ hioscyami, coquuntur aquâ: vapor auribus & naribus excipitur: spongia in his immersa & expressa subinde naribus admouetur. Conueniunt molles frictiones plantæ pedum, linteamina benè munda, instratum cubile refrigerantibus, susurri facti, idemtidem infusa aquâ: sunt qui

abraſo capillo humectant caput ſpumâ ſeri lactis feruefacti. Melius fuerit oleo roſaceo perfundere.

Alij è floribus croci, decuplis ſtaminibus, aquã diſtillãt, eius aquæ ad ℥iiij. propinant horâ ſomni. Quidam etiam probant manus & pedes ablui ex decocto refrigerantium.

Bonum quóque fuerit hordeata, lac amygdalarũ diſſoluere ex decocto lactucarum, capitum papaueris & ſimilium, iuſcula alterari cum multà lactucâ, nodulos quóque fieri, qui iuſculis incoquantur, vt:

℞. quat. frig. maio. portul. añ. ℨß. fiat nodulus. Vbi verò minimùm ſomniculoſi ſunt, exprime ſuccum è radice fœniculi, & indes naribus, aut ſpongiam imbues aceto, in

quo priùs concisa radix, fœniculi, hyssopus, nux moschata, aut quid simile coxerit.

De siti ex Fernel. cap. 19. lib. 4. Pathol.

Sitis quidem fit interiore ventriculi tunicâ vel ardore inarefactâ, vel imbutâ nitroso & acri calidóque humore. Illa tamen potu extinguitur. Hæc verò minime, etiamsi totus venter humore perfundatur ac turgeat: sæpe enim vel ore madido grauis existit. Sola corporis æstuatio nisi hæc interueniant, rarò siti excruciat. Nam interdum corpus febri exardescit sine siti, non quod (vbi vulgò creditur) frigida destillatio ventriculum proluat, sed quòd ardoris causa longius absit à ventriculo.

Curatio sitis ex Holl. lib. 2. de morb. intern.

Somnus sitim sedat à siccitate, declinationibus tempestiuis: sanguinem enim intrò colligit, vnde siccitas temperatur. Vigilia verò sitim lenit à calore; calorem, enim foras excludit. Ideóque quicúmq; merum largius hauserunt, ac per fumos & vapores calidos sitiunt, iis non modò frigidæ potus, sed etiam vigilia remedio est.

Sedandæ siti ardentium, & eorum, qui calido & sicco laborãt, cõueniunt quæ refrigerãt, & humectant quale est dilutũ oxycratũ, id est aceti modicum, eiúsque tenuis & benè puri, multæ aquæ mixtum, vt facilè bibi possit.

Acriore enim vtẽdum erit,

vbi pituita salsa est, aut alioqui humiditas iuncta calori, vt in hydrope. Aqua frigida, si néque infirmitas visceris, néque cætera prohibent, tempestiuè data, efficacissimè sitim extinguit, quã calor & siccitas faciũt. Quod si ab aquâ frigidâ noxa metuit, quintâ parte tepidę vini aquosi, iulepi violati, aut rosati, parte subdecuplâ sacchari temperari potest. *Aliud.*

℞. seminis lactucæ & cucumer. añ. ℥ß. liquirit. recentis & rasæ ℥j. bulliant in vj lib. aquæ. Aqua refrigerata per se vel cũ modico aceti, vt priùs, aut aliis ꝓximè dictis, bibatur hordeatũ mũdatum & excorticatũ in quadruplâ aquâ bibatur. Ptisana vulgaris benè cocta ex hordeo mundato, recenti, succulẽto, excorticato,

& glicyrrhisa similiter recenti, & rasa, vtilissima est. Sed hæc Medico animaduertẽda sunt, alioqui sitim facit, non extinguit. Cydonia & pyra humidiora, cucurbita, cucumer in rotulas cõciduntur immituntur vasi aquâ frigidâ pleno, vas in puteum ita demittitur, vsus tempore aqua bibitur, cùm vehemens ardor est. Mel rosatum more veterum præparatum, aut saccharum rosatum, sæpiùs refusa aquâ rosacea factum, in octuplâ aquâ dissoluitur. Cydonia pruna, extrema lactucæ ac portulacæ, capreoli vitis, ramenta cucurbitulæ & cucumeris, aquâ plantag. vel rosaceâ macerantur, & ore continentur. Similiter & granatorum succus, syrupi violac. ℥j. in ℥iiij. decoctionis lactu-

cæ. Iulepus violatus, rosatus, vel ex aquâ & saccharo factus, saccharo quidem communi, vel violato. Vinum granatorum, syrupus limonum & similia cum aquâ hordei, decocto liquiritiæ & similibus propinãtur. Pillulæ sunt ab antiquis commendatæ sub lingua retinendæ.

℞. semi. cucumeri ʒiiij. gũmi tragacanthi ʒij. gũmi dissoluatur oui albumine, semina trita commisceantur, fiant pilulæ. Siccentur in vmbra, paulatim deglutiantur. Circa guttur inunctio ex oleo rosaceo cum aqua, aut succis semperuiui, solani, vmbilici veneris, lactucæ, acetosæ, portulacæ, mucagine psyllij, aliquot granis caphuræ, in quibus linteolum subtile & rarum subinde ma-

defiat, ac frequenter apponatur. Conueniunt & ea, quæ contra æstum dicta sunt cap. de febre ardente.

De linguæ scabritie & nigredine totiusque oris ex Fern. cap. 19. lib. 4. Patho.

Lingua nõnumquam sine siti arescit in febre, perinde atque in iis qui per sanitatem hiante ore obdormiunt: arescit & ab immodico æstu & à calido acriq; vapore in fauces, in os, & in palatum sublato. Huius plerúmque tãta vis est, vt linguam scabritie exasperet, nonnumquam & hanc diffundat. Si crassiusculus vapor est, aut pituita è ventriculo in os redundat, aut è cerebro procumbit, crassescens ea vi caloris & obdurescens linguam ac dentes

dentes plerúmque, & gulam totam lentore obducit. Hæ ipsæ causæ quum fauces, œsophagíque introitum obsident, & viam cibi, vel siccitate, vel lentore coangustant, degluttiendi facultatem inuehunt. Numquam tamen deprehensum est his solùm ex causis (quod tamē plurimi metuūt) omninò fauces præcludi.

Ex Holl. lib. ij. de morb. inter.

Lingua scabra hydrelæo tepido sæpius fouenda est; sed oleum dulce sit, & benè lotum aquâ purâ, nullâ qualitate vitiosa. Alioqui tantùm aquâ tepidâ vtēdum est, in quâ, si vis, præcoxeris semina cydoniorum, althæ, maluæ. Posteáquā verò abluta lingua est, scabri-

ties & humor qui inhæſit, ſatis aſpero linteo, ſpongiâ, cæruleo panniculo, cochleari argẽteo, vel ad id parato inſtrumento detergenda, abradendáque: Sæpe enim veluti nigrâ fuligine obducta eſt lingua quæ pertinacius hæret, niſi abradatur. Idq́; ferè fit ab aduſtâ bile, & ſurſum latâ, vnde iis & deliria, & profluuia ſanguinis ferè contingunt. Aurelianus ſpõgiâ, aquâ tepidâ, imbutâ abſtergit ſimul, & humectat. Quod ſi humectandi conſilium vincit, quia ſiccior lingua eſt, lini ſemen, cydoniorum, altheæ, maluæ, pſyllij, portulacæ, mixaria ſeu ſebeſtem, altheæ radices, aliáq; eius generis, quæ humectant & emolliunt, in aquâ priùs coquenda ſunt, in quâ melle lin-

teolum ſubinde inculcabis, atque ita linguam remollies: vbi verò ſcabrities vincit, atque adeo abſtergendum magis aſperiore linteo, panniculo illo cæruleo, extremitate baculi alligato, vel ſpongia vteris, & in præſcriptâ aquâ aliquid ſacchari candi diſſolues, atque vbi ſatis humectatum, atque repurgatum os fuerit, frigidâ coluendũ eſt. Cautio ne phreniticis, & delirantibus, dum os abluis, in os digitũ inducas, mordicant enim, & digitum abſcindunt. Cornelius Celſus penicillo è carpto linteolo & conſtructo, ne diſſipetur, linguam deterget, quam priùs aquâ calidâ inculcat; Deinde melle vngit, & oleo roſaceo. Mel enim, purgat & deterget. Roſaceum reprimit & ſicce-

ſcere non ſinit. Alioqui butyrum recens ſæpiùs ex aquâ roſaceâ ablues, cui deinde ſaccharum commiſcebis. Quòd ſi ſola ariditas, cerato roſaceo liquidiore vtitor. Saccharum candum retentum ore humectat & deterget. Paulus Celſo ferè cõſentit, & roſaceum cõcorporatum melli plurimùm commendat. Sumach incoquatur mulſa, hinc ſcabritiem detergebis. Pruna damaſcena & ſebeſtem incocta, aquâ roſaceâ humectãdo conueniũt, & reprimendo, ſuccus portulacæ, eiuſque folia ac reliquæ id genus herbæ prius enumeratæ cap. de ſiti.

Archigenes ſale indo vtebatur, nos ſaccharo cando.

Auicennas baculo ruſci, aut ſalicis deterget: oleo amygda-

lino cũ modico ſaccharo optimo humectat & deterget. Quòd ſi oleum odioſum eſt, lacte amygdalino vtendum erit. Sed aliquando profundius ſcabrities inheſit, cãcrum vulgus appellat. Tum chirurgo vti oportet, qui depreſſa linguâ, inſtrumentum ad id conueniens profundius immittat, atque detergeat, ex quo gargariſmis vtendum eſt.

℞. Aquæ hordei aut ptiſanæ benè præparatæ ℥iiij. ſacchari viola. ſaccari candi añ. ℥ß. vel,

℞. hordei mundati ℥j. Tragacanthi albi: ſemin. Cydoniorum, ſeminis maluæ, liquiritiæ recentis mundatæ, ſucci eiuſdem añ. ℥ß. fiat decoctio in aquâ puriſſimâ ad lib. ß. In expreſſione diſſol. penidiorũ ℥ij. fiat gargariſmus, quo te-

pidè vtatur. Aliàs:

℞. ſaccari candi, tragac. albi, gũmi arabici añ. ʒij. ſem. pſyll. Cidoniorum, portulac. añ. ʒß. Conſeruę violar ℥ß. vniantur omnia: deinde diſſoluta in iulepi violati quãtitate ſufficienti, gargariſmum faciunt contra ſcabritiem arteriæ, totiúſque oris interioris. Collum verò, quâ maximè parte venæ ſunt, & arteriæ, illinatur ſubinde hoc vnguento.

℞. Olei viola. ſæpius loti in aquâ violarum ℥ij. butyri recentis ſæpius loti ex aquâ roſarum ℥ß. fiat vnguẽtum. Vulgus vtitur foliis linguæ canis, quæ collo circumponit, aliiſq; herbis plurimis frequẽs quóque illi eſt aqua caprifolij & arnogloſſi, ſimiliter & omphacio aliquando vtitur. Decum-

bere oportet in alterum latus. Sæpius & ore hiantibus celeriùs lingua exarescit. Sternutationes linguã humectant, quia violento motu è vicinis partibus humidis, humiditas in os exprimitur.

De capitis dolore ex Fernel. cap. 19. lib. 4. Pathol.

Capitis dolor in febre subiectarum partium, maximéq; præcordiorum consensu fit, in quibus exæstuans humor multum de se vaporem in caput per medias quasque regiones (est enim corpus omninò perspirabile) emittit. Hic verò meninges & pericranium, vel calore & acrimoniâ feriens, vel copiâ distrahens dolorem parit. Nonnumquam & è

venis arteriisque maioribus sursum impulsus tenuior sanguis temporum pulsantem facit dolorem. Omnis autem ex febre genitus capitis dolor aut tempora aut frontem, aut omninò priorẽ capitis regionem adoritur.

Qui verò aut in occipitio aut in vertice, aut circum aures figitur, etiamsi cum febre excandescat peculiarem causam habet in capite, néq; symptoma est febris.

Ex Hollerio lib. 2. de morb. intern.

Veteres roso capillitio aspersionibus plurimùm vtebātur, & ex alto infusis liquoribus in eas partes capitis, quà per suturas anteriores humor in caput descenderet. Vteban-

tur ferè oxyrhodino, rosaceo cum aceti modico, siquidem calidior febris, talísque aëris conditio. Frigidiore verò corporis habitu, & hyeme chamemelino cũ aceti quintâ parte, quod propè fiet si ʒij. aceti, olei ℥j. commisceas. Sed nunc ferè anacollematis, seu frontalibus vtimur, quæ frontem & tempora comprehendant ex eadem materiâ.

Vel.

℞. olei rosarum ℥ij. olei cõmunis, vel chamæmel. ℥ß. æstate frigidis, atque vbi feruentior febris est: vbi verò mitior febris, nec cœlum feruet, modò tepidis, modò calidis vtendum est. Aliquando proximæ mixturę succum polygoni cõmiscemus. Nonumquam capita papaueris in oleis elixa-

mus æstate, & vehementiori febre: alioqui serpillum, mentham, betonicam, saluiã, anethum, pencedanum, & similia. Perseuerante dolore cataplasmata fingenda sunt.

℞. farinæ hordei ℳ. ij. malaxentur cum succis fœniculi, & olei rosacei añ. quant. suff. fiat cataplasma, quod in totam frontem & tempora extendatur. Quòd autem & subinde remedia cõmutari, priusquam nimiùm incalescant, quódque olea nec rancida, nec grauiùs olentia, nec salia esse oporteat, iam sæpe dictum est.

Cornelius Celsus rosas in aceto macerat, fascia in eo aceto madefacta maceratas rosas inuoluit: frõti, & temporibus apponit, sæpe innouat, alioqui lana in eo aceto inculcata

vim remedij conseruat, quòd & in aliis remediis fieri potest, ne celeriùs incalescant, sępiúsque commutanda sunt.

Alij pane ex psylij & similium succo subacto cataplasma fingunt. Nonnulli eandem micam panis cum foliis hyoscyami conterunt, vel papaueris recentis, deinde oxyrhodino commiscent. Abstinendum verò assiduâ potatione, collutione immodicâ, luce, calore, colloquiis, ingratis odoribus & vaporosis, clamoribus, strepitu, & vehementi animi motu. Auicennas, & Arabes hac irrigatione vtũtur.

℞. florum chamæm. ℳ. ß. furfur. viola. rosarum añ. ℥ß. fiat decoctio. materia sacculo excipiatur, qui subinde madefactus in decocto exprimatur,

deinde fronti ac temporibus apprimatur.

Neotericorũ formulæ ſunt.

℞. Olei roſarũ ℥ß. olei violarum & lactis mulieris añ. ʒij. aceti albi ʒj. panniculus, in eâ mixturâ, inculcatus applicetur fronti & tẽporibus. *Aliud.*

℞. aquæ roſarum & damaſci añ. ʒi. aquæ nenuphar. ℥ß. miſce, ſimiliter vtere.

Vitis capreoli & folia conciſa, telâ, inuoluta, & impoſita dolorem ſedant, & ſomnum conciliant: ſimiliter & reliqua materia, quæ refrigerat. Videndũ tamen, ne nimiùm refrigeremus, ideóque & aceto, & aliis eiuſmodi, ſed illo maximè interdictum eſt, ne quis, videlicet, ſolo vtatur. Nã præter quam quòd nimium refrigerat, neruis etiam inimi-

cum est, atque iis multò magis abstinẽdum est in pueris, mollioribus corporibus, & cœlo frigido.

Auicennas in dolore capitis à febre abstinet stypticis refrigerantibus, quia timet ne inde materia cõpingatur, & cerassescat nimium: alioqui materia exprimatur vbi catharus calidus est.

De delirio ex Holler. lib. 2. de morb. internis.

Delirium in vigore febrium multos prehendit ob capitis repletionem, inquit Gal. comment. in sen. 36. sect. 3. lib. 6. epidem. de eo maximoperè sollicitum esse Medicum minimè oportet, nisi fortè metuat, ne in phrenitidem concidat, vt ferè fit calidioribus in naturis, quæ ingentiore fe-

briũ ardore exercẽtur. Quanquam verò ſæpius leuius eſt ſymptomatis id genus, huic tamẽ occurrere expedit, quia mente conſtare bonum. Si ergo à vaporibus acrioribus ſurſum latis fiat, ſumenda & admouenda ſunt, quæ illorum aſcenſum prohibeãt, tum quæ diſcutiant. Qualia multa inuenias cap. de phrenitide lib. 1. Si humores in vaſis calidi huic malo materiam ſuggerant, ſecanda vena. Si feces in inteſtinis reſtitantes, enemata ſubdenda. Diſcutient materiam capite contẽtam catelli exenterati, & calidè appoſiti.

De ſudore ex Fernel. cap. 19. lib. 4. Pathol.

Sudor non modò febrium intermittentium, ſed & conti

nuarum & aliorum quorūdam morborum est communis: huius materia est humor vel copiâ vel qualitate grauis per cutis spiracula manifestè affatímque prosiliens. Hinc verò quod calidus sit aut frigidus, mitis aut acer, tenuis aut crassus, atque viscosus, fœtidus aut suauis, humoris qui hunc protulit genus exprimitur.

Erumpit sudor aut naturæ vi, quiddam superuacaneum robore expellentis, aut sponte proprioque impetu; illum naturalem, hunc symptomaticum appellant. Qui decedente febris intermittentis accessione profluit vberiùs, & qui in continuarum febrium crisi emanat naturalis est: præter naturam verò & symptomaticus, qui quouis modo aliter

alióue morbi tẽpore prosilit. Hic ferè primùm incipit à capite, ac deinde à reliquis etiam partibus sensim emanat. Solùm enim vtilis & secundum naturam is habendus est, qui expurgatæ aluo succedit, quique iam vacuatâ crassiore morbi materiâ, reliquam tenuẽ per corporis summa dissipat. Qui verò vel morbi initio, vel quouis alio tempore, vel ante cõcoctionem, vel ante crisim exierit, irritus est atq; symptomaticus, & cui nulla morbi fida solutio committi potest.

Curatio sudoris ex Holler. lib. 2. de morb. intern. cap. de sudore.

Sudores verò in febribus aliàs cohibere aliàs excitare oportet, Critici, siquidem resistunt, excitari debent: ac

ferè resistunt, vel quia copiosior materia est, vel qualitate crassior & lentior: alioqui externa causa est. Propterea cõsuetudo est, vt syrupum acetosum cũ ptisanâ, vel aquâ hordei calidâ imperent, alioqui ptisanam vel aquam hordei saccharo conditam. Atque hæc calida imperentur, vt citiùs penetrent in corpus. In summâ quæcumque vim habent aperiendi, nec adeò calefaciunt, mouendis sudoribus imperari debent: atque vbi materia crassior est, minúsque viscida, decoctum hyssopi, thymi, pulegij & similium, vel oxymeliti, vel syrupo acetoso miscendum est.

Verùm in sudoribus etiam criticis modus quidem esse debet, quemadmodum & in

reliquis omnibus criticis excretionibus.

Modum verò tibi indicabit pulſus, qui per eiuſmodi excretiones vehemens & magnus. Quo igitur tempore talis permanet, nihil ab excretione tibi metuendum eſt: vbi verò cœpit imminui & langueſcere, ſiſtenda hæc excretio eſt. Hiſtoria eſt apud Gal. libell. de vſu reſpirat. Imperitus quidam medicus ſudantem adoleſcētem in balneum deduxit, & extinxit, præter modum citatis ſudoribus.

In ſyncope copia grauante, inflammationibus viſcerum, principiis morborum acutorum ſudores mali: Etenim naturæ imbecillitate, non robore effluunt. Ab animi quóque moleſtiâ, conuulſionibus, ma-

gnis doloribus, ſudores commoti cohiberi debẽt, vt etiam qui reſoluto corporis habitu diffluunt. Inſudoribus remiſſis néque ſatis fluentibus, melius eſt aquam guttatim cadere quàm tenuiter & parũ corpus madefacere.

Diapaſmata Græci vocant, quæ ad ſudores inſperguntur, vt alipaſmata, quæ inunguntur magíſque cohibendis ſudoribus. Diapaſmata ex materia refrigerante & adſtringente, vt eſt roſarum ſiccarũ puluis, terra Samia, Cimolia, creta, alumen ſciſſile, plumbum exuſtum, gypſum lotum, mala punica. Hæc ſingula commixta, vel per ſe ſubtiliter trita corpori aſperguntur, vel aſtringente oleo commixta inunguntur. Ad ſiniſtram mãmam,

& totum vētrem remedia adhibenda sunt, ac subinde mutanda sunt. Cæterùm vbi tumor præter naturam in hypochondriis, adstringētibus abstinere oportet, vtendúmque pane ex rosaceo subacto. Alioqui farinam volatilem ex aquâ vel rosaceo subactam hypochondriis impones, atque remedia, quæ sudores cohibent fugere oportet.

Aëtius cataplasmatis refrigerantibus sinistram mãmam & totum vētrem comprehendit: smegmatibus verò aut diapasmatibus, id est, puluisculis, collum, thoracem, alas, inguina conspergit. Corpus quóq; ventilandum est, atque leuandum stragulis. Possumus succo plantaginis, portulacæ, & similium media corporis irri-

gare, vniuerſum corpus ceratis ex oleò aſtringente inungere.

Paulus reſiſtentem ſudorem, criticum aut remiſſum fotu, quiete, calido clyſtere, ſorbilationibus, ſomno deniq; adiuuat.

Sudores ab omni moleſtiâ, conuulſione & ſimilibus, extremitatum, ligaturâ, fotu extremorum, veſtimentis laneis compeſcit. In ſummâ nullus ſudor vi exprimendus eſt, ſed vbi natura eam excretionem molitur; tum quidẽ adiuuanda eſt. Certiſſimum indicium ſudoris ſalutaris è pulſu colliges, qui magnus & vndoſus eſſe debet, ſiquidem ſudor ſalutaris futurus eſt: ac pręter cętera animaduertere, quæ ſudoris cauſa extiterit.

Si enim præter naturam est, qualis est dolor animi, molestiâ, côuulsio, interior inflammatio & similia: sudor quidem resoluit corpus, non leuat: itáque cohibendus est. Contrà verò si naturæ victoria est, pulsus magnus erit & vndosus, néque tum sudor cohibēdus, sed si resistit, incitandus, dum incipiat pulsus languescere. Signa prognostica, è quibus præsagias sudorem, iam antè descripta sunt cap. de febre ardente.

Sudor qui grauiter olet, putridã corruptámq; materiam ostendit. Suspectus est, qui non soluit febrem, qui non minuit symptomata, qui alio die, quàm critico, existit.

De morbo Regio ex Holl. lib. 2. de morbis intern.

Quibus in febribus morbus regius ante diem ſeptimum accidit, malum, inquit Hippoc. Tum ſcriptum ab eodem primo de morbis popularibus, multos ſeruatos, quibus die quarto morbus regius accidiſſet, & lib. de ratione victus acut. Morbus regius ante ſeptimum ſi cum horrore ſalus, ſi ſine horrore mors. Quæ quia pugnare videntur, meminiſſe morbum regium ante ſeptimum ferè exitioſum niſi ſequatͬ excretio, qualis eſt fluor ſanguinis è naribus, alui profluuium, vrina multa, ſudor, vomitus, & ſimilia.

Alioqui naturæ infirmitas oſtenditur, grauis intemperies, & obſtructio hepatis, eiuſdem inflãmatio, aut ſcirrhus. Quòd ſi initio morbi natura

concidit, exigua ſpes reliqı
eſt. Poſt ſeptimum diem verı
ſiquidem criticus eſt, ſalutar
eſt. Poſt ſeptimum ſignificaı
ſudorem ſcripſit Hippocr. lib
de indication. Si igitur poſ
ſeptimum morbus regius fit
& criticus eſt, expectanda ſalus: multò magis ſi qua excretio critica coniuncta eſt: vnde leuetur natura, minuatur febris, eiuſq; ſymptomata. Verũ aliquãdo & morbus regius fit, & ſequitur excretio, & mori contingit. Ita Hermippus in Epidemiis cùm à morbo regio abunde excreuiſſet per aluum, mortuus eſt.

Phanagorę ſeruus tertio die auriginoſus nihil excreuit, mortuus eſt. Heraclides & alij permulti ſexto die auriginoſi ſeruati ſunt: quibus ſecuta per

veſicam

veſicam purgatio, turbata aluus eſt, vel profluxio ſanguinis è naribus.

Præter remedia, quæ proprio cap. de morbo regio deſcripta ſunt, conueniunt, balnea dulcia, vnctiones ex oleo chamæmelino, anethino, irino, aut cui roſmarinus incoctus ſit.

Potiones quæ aperiant, rarefaciant, moueant ſudores, quæque partim cap. de variolis, partim cap. de ſudoribus deſcripta reperiuntur: atque vbi extincta febris eſt, liberior vſus eſt aperientium. Oculis conueniunt fotus ex aquâ tepidâ, in quâ ſũmitas fœniculi, flores chamemeli, anethi, roſmarini efferbuerint, atque eadem aquâ, & facies & corpus vniuerſum ablui poteſt.

Oxyſacchara, Granatorum ſuccus cum modico melle albo, vel ſaccharo oculis inungitur.

Errhina imperantur.

Ablutio faciei ex aceto albo tepido. Errhinorum vſus in balneis ex aceto acerrimo ſcyllitico, ſucco naſturtij, maioranæ, betæ, fœniculi, roſmarini.

Elaterii morentum in lacte muliebri diſſolutum.

De cibi faſtidio ex Fernel. cap. 19. lib. 4. Pathol.

Cibi faſtidium aut febrem antecedit, aut primum eius ſymptoma exiſtit. Huius enim cauſa multiplex. Nam & ſola corporis perturbatio & omnis ventriculi perfuſio à quouis humore, qui aut ipſũ quaſi ſaturat, aut alienâ qualitate ap-

petendi vim illius consopit & obruit: nec non corruptus vapor in os ventriculi vndelibet efflatus, aut sola infensa qualitas eò se inferens appetentiam euertit.

Curatio dissolutæ appetentiæ ex Holler. lib. 2. de morb. inter. cap. de dissolu. apptenti:.

Atque interim coguntur vti clysteribus qui nutriant, vbi nimiùm deiecta appetentia, nihil assumit æger, aut omnia remouit. Similiter & cibum non sentientibus, & cardiacis, iuscula caponũ, pullastrorum cum modico saccharo, hordeatum & amygdalogala.

Oribasius alicam, triticum, far, furfures, panes coquit, & decocta infundit nutriẽdo, & stercora duriora excludendo.

Meliúſque fuerit, priuſquam nutriẽtem clyſterem iniicias, alio clyſtere inteſtinum repurgare, ac quantum fieri poteſt, & paulatim & in profundum nutriens clyſter infundatur.

Aëtius oua confracta in ptiſanæ cremore, aut alicæ, iniicit vacuo inteſtino, hoc eſt, benè repurgato veteri ſtercore. Nũc vitellum oui in hordeato, lacte amygdalino, iure carnium diſſoluemus. Potus ſit iulepus roſatus, diſtillatum: ſed quia dulcia ſunt, quarta pars vini granatorum adiici debet. Gelatina cum eodem vino, vel granis acidi granati, granatum quóque acidulum, cum modico ſaccharo exhibeatur. Iulepus factus ex ſucco depurato capreolorum vitis. Syrupus de agreſtâ cum aquâ coctâ fri-

gidâ. In conualeſcentibus ſæpe humor aliquis reliquus eſt imbibitus ventriculo, vnde deiecta appetētia. Eos ſcripſit Hippocr. egere vacuatione.

Vacuatio olim ex hierâ: nũc ex rhabarbaro. Optimum fuerit vacuans medicamentum imperare ex decocto eorum, quæ detergent, & maximè cicerum rubrorum, abſynthij, hordei & ſimilium. Cinamomum aceto ſcyllitico maceratur, eſtur matutino.

De Nauſea & vomitu ex Fernel. lib. 4. cap. 19. Pathol.

Nauſea atque vomitio cauſas habet aut humorē, aut vaporem, aut qualitatem, quæ modò nimiopere relaxat & emollit, vt pituita dulcis, modò expultricē facultatē copiâ vel acrimoniâ extimulat, vt bilis

genus omne, modò pnicie facultatis ipsius robur aut infestat, aut dissoluit, vt maligna, atque pestilens febris qualitas. Quum igitur causarum aliqua vel in ore ventriculi, vel circum tunicas eius tam vehemēter impingitur ac hæret vt excuti ipsa minimè possit, si exinanitus est vētriculus, nauseam solùm: sin verò potu ciboue confertus est, cibi vomitionem mouet. Quum autem causa ipsa nusquam obhæret, sed aut in ventriculo fluctuat, aut in eum aliundè confluit, humoris aliàs biliosi, aliàs pituitosi vomitionem ciet.

Curatio vomitus ex Holle. lib.1.de morb. intern.cap.31.de cholera.

℞. Iulapij rosati ℥iij. succi granatorum ℥iß. misce, vtatur breuibus interuallis, duob' aut

tribus cochlearibus. Conueniunt & syrupi,rosatus, myrthinuis,de Cydoniis,de granatis, & similes in causâ calidâ. Idem quoq; in causâ frigidâ, sed cõspersis pulueribus spicę, cinamomi, nucis moschatæ, & similibus. Alioqui syrupus de menthâ, de absynthio, & similes.

Oportet autem assumi cochleari, breuib⁹ interuallis, & sine aquis. Largior enim potus hic non conuenit.

Laudatur remedium ab antiquis ex vini granato. ℥ij. succi menthæ depurati ℥ß. & vtatur cum cochleari, vt priùs dictũ est. In causâ frigidâ, vinum optimũ, tenue & odoriferum aliquando satis esse potest.

Imperabis quóq; vt granatum integrum,acidum,dulco-

ratum cũ ſaccharo roſato odo-retur, æger ſugat interim: eiuſdem quóq; grana commãducet. Cõſpergenda facies aquâ frigidâ, aqua roſarũ per ſe, vel in frigore, adiecto vini odoriferi momento, vel moſchi modico. Vtendum quóq; iis, quæ exteriùs admouentur ſtomacho, qualia ſunt hæc.

℞. ſantalorum rubrorum roſ. añ. ℥ij. galliæ moſchatæ ℥ß. Caphuræ gr. vj. madeant in aquę roſarum. ℥iiij. aceti ℥iß. panniculi in hac miſcellâ merſi & expreſſi, quantum fieri poteſt, frigidi toti vẽtriculo applicẽt.

Poteſt inũgi ſtomachus oleo roſato, de cidoniis, de ſpica, de abſynthio, vt res exigit. Quòd ſi timetur nimia refrigeratio, miſcellæ ſuprà dictæ, ſucc⁹ mẽthæ, abſynthii, aliquidquoq; ci namomi aut vini auſteri odo-

riferi cōmiſceri poteſt: Maſtichis ℥ij. aut iij. cū oui albumine, cum oleo cydoniorū, aut conuenienti diſſoluūtur. Inde fit emplaſtrum, quod extendi debet in alutâ formatâ ad modum ſcuti. Cæterùm quæ confirmant ventriculi robur ſumpta & admota, vt in vomitu & lienteriâ, veniunt vſurpanda.

Vulgi experientia eſt, eboris tabella admota vētri, vomitus compeſci. Sed interim dū hæc fiunt, ſomnus & quies, quantū fieri poteſt, cōcilianda ſunt. Conſulendum viribus, partim odoribus, partim alimentis.

Perdiculas ergò, aut iuuenes pullos columbarum confixos baculis myrthi, rubi, cinamomi, vt res exigit, conſperſos interim, dū aſſantur, aquâ roſ. vino granatorū, vino auſtero,

odorifero, primùm quidē calidos & plenos fumo naribus ęgri admouebis. Ex eo tortiuo prælo ſuccum inde exprimes: expreſſam materiam naribus ægri admouebis. Succum ſorbēdum exhibebis. Dabis gelatinam cum ſucco granatorū deſtillatam, qualem in ſputo ſanguinis. Sunt qui bucellam panis aſſent, vino granatorum conſpergant, edant, dein vinum vtiliter ebibant. Eundem aſſatum panē vino immerſum, & cariophyllorum puluere aſperſum, aluum ſiſtere certo conſtat experimento.

Quòd ſi nihil continet ęger, prius datâ aquâ tepidâ, Cucurbitum magnam affiges ventri, & interim dum ea cucurbitula fixa eſt, cibū exhibebis. Breuibus interuallis cucurbitulam figes, & refiges, & ita nutries,

ex Gal. ſub finem libri de paratu facilibus.

Conſenſus eſt veterum medicorum, dropaciſmũ impoſitum ventri ſingulare eſſe remedium aſſiduè vomentibus. Parabis dropacem ex quatuor partibus picis, & vna olei cydoniorũ vnà liquatis, deinde extẽſis in aluta. Poſtremò medicamentum calidum ventri applicabis.

Laudantur vincula articulorum, frictiones mediocres, fotus ex oleo multo, magis vbi cõuulſio eſt, vel imminet. Fouetur ſpina, muſculi conuulſi, articuli. Cucurbitulæ quóque & ventri & ſcapulis affigi poſſunt. Quòd ſi refrigerãtur extrema, linteis calentibus inuoluenda ſunt.

Si ſpaſmus accidit, redeun-

dum ad curationem ſpaſmi. Si vrget ſitis, ſemina cucumeris in aquâ temperari debent, donec intumeāt: tum cortex exterior detrahitur, quod eſt reliquum, aquâ incoquitur, aquâ refrigerata bibitur. Cōtra ſyncopem cum aliis remediis ſupradictis, tum bucella imbuta vino, admota naribus, cōtenta ore vtendum eſt. Eraſiſtratus ex Chryſippo præceptore vinum aquâ frigidâ dilutū cholera morbo affectis, tanquam extremum remedium, commēdat, vt vel morti proximos refoueat. Idem probat Gal. libell. de venæ ſectione aduerſus Eraſiſtratum.

Trochiſci Razæ

℞. Maſtich. boli arm. thuris añ. ℨiiß. carabe, cardamomi añ. ℈ij. Caphuræ, galliæ moſchatæ,

Cariophyll.añ. gr. v. cum ſucco granatorum. fiant trochiſci pondere ℈iiij. detur vnus, ſuperbibatur ℥j. Succi granatorum. Iulep. granati, ſyrupi cydoniorum, aut ſimilis.

De Singultu ex Fernel. cap. 19. lib. 4. Pathol.

Singultum vel ab inanitione, vel à repletione fieri author eſt Hippocrates: atqui per febres auctas, eáſque malignas incidit, cùm ferè pernicioſus ſit aliam cauſam habet, aut corrupti humoris acrimoniã, aut malignitatem ac perniciem, qualem perſtilens febris exhibet. Hæc quippe vt vomitionem ac plerúmque animi exolutionem, ita & dum in ventriculi tunicas altiùs inſeritur, ſingultum ciet.

Curatio singultus ex Holl. lib. 1. de morb. Intern. cap. 33. de Singultu.

Quod si materia est aliqua continens causa singultus, ea vel calida, vel frigida. Calida vacuetur vomitu, si fieri potest, alioqui ℈. 4. rhabarb. vel tantumdem pul. hier. picræ in sero lactis, vino granatorũ acidorum, & maturorũ, aquâ endiuiæ, decocto cicerũ rubrorum infunde, expressionẽ exhibe. Hic obseruandum est, leuiores purgationes esse debere, quæ ad ventriculi affectus accommodantur, nisi à toto corpore humor confluat.

Tũ si pseuerauerit singultus, aquâ frigidâ propinetur. Subinde hæ pilulæ imperentur.

℞. Spodii, sem. endiuiæ, portulacæ, ligni aloes añ· ℈j. pulpę tamarindorũ ʒj. rhabar. elect.

ʒij. confice cum oxycrato, aut vino granatorum. *Aliud.*

℞. ſyrupi roſ. acetoſi, oxyſaccharæ ſimplicis añ. ℥ij. in quibus infunde ſummitatum abſynthij ℥ß. fiat infuſio in calidis cineribus, tum duobus aut tribus cochlearibus refrigerati remedij per interualla vtatur. Vel iulapium parabitur eiuſmodi.

℞. ſucci endiuiæ aut cichorij per reſidentiã depurati ℥iiij. cum ſacchari violacei ℥ij. fiat iulapiũ. Opportunus erit vſus electarij triaſantalini, quòd nõ modò ventriculum confirmat & hepar, ſed & refrigerat.

Cerati Santalini ℥iiij. cum oleo roſato malaxẽtur. Deinde commiſce ſpodij, roſarum. añ. ʒj. cum ſucco ſemperuiui agitata: inde finges duo ſcuta

in alutâ. Alterum ſtomacho ad ſternum: alterum ad duodecimam & tertiamdecimam vertebram dorſi applicabis.

In cauſa frigida.

Vbi craſſa & viſcida materia, melicrato hyſſopi, vel oxymelite ſimplici materiam præparabis. Tum, vt mouebitur, per vomitum aut ventrem repurgabis, ex hierâ picrâ diſſolutâ, in decocto cicerũ rubrorum. Dabis autem hieræ modum à ſemiunciâ ad vnciam. Conuenit in hoc ſingultu acetũ ſcylliticum, oxymel cum cinamomo aromatiſatũ, melicratum ex rebus incidẽtibus, hyſſopo, thymo, pulegio, ſatureiâ, & ſimilibus, maximè probant galangam.

℞. vini albi tenuis, odoriferi ℥iij. in quo leuiter ferueat ga-

langæ ʒj. cinamomi,ſemi.anethi añ. ʒß. Conuenit & caſtoreũ in vino odoro ad ℈ij. Sed quia eſt fœdo odore, cinamomo,ſemine apii temperari poteſt. Conueniũt & hæc,ſchoenanthum, Aſarum, maiorana, Ariſtolochia, Enula, zinziber conditum, acorus conditus, diatrium pipereon, diacuminum, diagalanga, theriaca vetus: exteriùs, verò oleum de liliis, de amygdalis dulcibus. Inſtituitur etiam cerotum ſingulare in cauſâ frigidâ.

℞. Olei Nardini ℥j. Aloes Maſtich. añ. ʒj. ſucci abſynthij ℥ij. cum cerâ fiat cerotum.

Etiam ſedato ſingultu, atque vacuatâ materiâ, ea quæ roborant adſtringẽdo. Fit aliquando, vt materia quædam venenoſa ſit, cui hoc puluere occurrendum ſit.

℞. Semi. anethi, cardui bened. citri añ. ℈j. melissæ, corticum citri añ. ʒß. coralli rubri, galangæ, macis, cinamomi añ. ℈ß. margaritarum, fragmentorum, smaragdi añ. gr. viij, cornu cerui & vni cornis añ. gr. iiij cum saccharo borraginato, & vino albo tenui odorifero, fiãt lozengiæ, vel puluis.

Quod ad cucurbitulam attinet, iam vacuatâ materiâ primùm scapulis, tum pectori & vmbilico, postremo vẽtriculo & 12. dorsi vertebrę afigi debet

Quòd si nec his quidem resistit singultus, his locis phœnigmi aptari debent. Alij in malo contumaciori imperant ellebori ʒj galangæ, cinamomi añ. ℈j. macerentur per noctem in vini maluatici ℥iij. colatura proximè. Nec omittẽda ster-

nutatio, clamor &c.eiusmodi.

De syncope ex Fernel. cap. 19. lib. 4. Pathol.

Animus in febre deficit & exoluitur modo ab eius humoris pernicie, qui venenatã febrem inflixit, modò ab ęruginosâ, aut prassina, aut atrâ bile, quæ ventriculi os pręcordiorumue membranas acriter ferit ac vellicat. Quum autem turgens hæc materia è venis in cordis arcem vel subit, vel impellitur, multò grauior obtingit exolutio, nec non syncope imprimis periculosa, quũ ea repente & affatim irruperit. Exolutionem etiam plerúmq; infert, symptomatum quæ febribus assistunt sæuitia, vt vigiliæ, dolor, timor, immodica & repẽte facta quæuis vacuatio, itémque victus tenuis, atque

parcus. Quæ hactenus protuli, ferè quidem ventriculi aut prçcordiorũ offenſione emergunt, quam vel bilis acerrima, vel alius quiuis putreſcens, aut venenatus humor in eas ſedes vehementiùs irruit, aut eò de ſe tetrum vaporem effundit. Quæ autem non ex his cauſis profecta ſũt, ex alio quodã peculiari morbo ducũt originẽ.

Curatio ex Holler lib. 1. de morb. intern. cap. 30. de ſyncope.

In euacuatine, refouendæ ſunt vires, pauco alimento dato interuallis, diſtillatis, expreſſionibus, gelatinâ, iuſculis vino, aromaticis.

Puluiſculus cordialis.

℞. margarit. ſplendidarũ ℈ij. raſu. eboris, oſſis de corde cerui añ. ℈j. vnicornis gr. iiij. ſacchari violati ʒij. vtatur medio

cochleari cum ſyrupo de acetoſitate citri. *Alius.*

℞. Corticis citri ʒj. margarit. ſplendidarũ. ℈ij. ſem. citri conditi ſem. melonũ, & acetoſæ añ. ℈ij. limaturæ auri, fragmẽtorũ ſmaragdi, hyacinthi, ſaphiri añ. ℈j. ſacchari roſ. ʒiij. miſce, detur mediũ cochleare cũ vino albo, tenui, òdorifero, & parũ vinoſo, diluto cũ aquâ, in quâ aurum ſæpius extinctum ſit.

Exhibetur verò vinum, quòd ſuâ ſubſtãtiâ ſpiritus, quã celerrimè reparet. At aduertẽdum eſt, ne ſit aliqua viſcerum inflãmatio, aut delirium, aut ardor cum cruditate. Alij ſyrupum acetoſitatis citri ad ℥j. cũ aquæ oxalidis ℥ij. diſſolutum propinant.

Trochiſci calidi.

℞. Maſtichis, ſpicæ, ligni

aloes, cinamomi, cariophyllorum, gallæ moſchatæ, nucis moſchatæ, cubub, cardamomi maioris, granorum paradiſi, corticis citri an̄. ℈ij. moſchi gr. vj. cum vino odorifero fiant trochiſci pondere ʒj. aut ℈iiij. Alius puluiſculus ad idem.

℞. Electarij de gēmis, confectionis alchrermes, aromatici roſa. an̄. ℈ij. macis, Cinamomi an̄. ℈ß. ſacchari in aqua boraginis diſſoluti, & ſiccati ʒiij. miſce fiat puluis.

Epithema frigidum.

℞. Aquæ deſtillationis roſarum violarū boraginis an̄. ℥iij. vini tenuis & odoriferi ℥j. ſpecierū diamargaritarum frigidarum ʒiß. miſce. Pannis purpureus his calidis imbutus, cordi admouendus.

Epithema calidum.

℞. vini quartaria tria, melisso phylli. moschatæ ℥iij. misce.

Inunctiones.

℞. olei de casto. & iasmino an. ℥j. Ambræ gra. iiij.

Alia.

℞. olei viol. ℥ij. cum duobus granis caphuræ misce, fiat inũctio. Inũctiones, & epithemata sub sinistrâ mammà fiunt.

Potiones fiant in frigidâ, ex vino tenui, odorifero, ex syrupo de corticibus citri cũ aquis melissophyll. borag. calẽdulæ.

In calidâ cum syrupo de limonibus, de persicis, oxysaccharâ simplici, syrupo acetoso, violato, de acetositate citri, & similibus. Maximè commendatur syrupus de pomis, qui ita parari debet.

℞. succi pomorum odoriferorum cocti & depurati lib. I.

colefur per manicam Hippocratis cum sacchari violati ℥iij. Cinamomi ʒij. vel recẽtiorum more, cum aquæ portione, aut paulò minore sacchari, fiat syrupus.

Eliguntur poma omninò odorifera, partim acidula, partim dulciuscula. Alioqui pomatio optimo vtendum est, ex quo vel iulep, vel syrupus parari potest.

FINIS.

